


DAD AU
CCIÓN GEN

BR63
.D8
1876-77
V.3 N.M.
c.l

RALD

010044



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

SELECTA

NOVA

EX PATRIBUS LATINIS,
EXCERPTA

DE IIS QUAS IN LUCEM DEDIT

FRAT. DÜBNER,

ET

ALIQUIBUS NOTIS

EXORNATÆ

AD LEONEN. SEM. USUM.
TOMUS TERTIUS.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN


Biblioteca Universitaria

LEON.

Biblioteca Universitaria

IN TYPOGRAPHIA JOSEPH MARIA MÓNZON
M. DCCC. LXXVII.

46416



HEM

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN


DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BR63

D8

1876-77

v. 3



FONDO EN MEMORIA
VALVERDE Y TELLEZ

I.

DEUM INVOCANDUM.

[*Carmen Paschale, I. v. 60-102.*]

Omnipotens aeterne Deus, spes unica mundi,
Qui coeli fabricator adest, qui conditor orbis,
Qui maris undisonas fluctu surgente procellas
Mergere vicinae prohibes confinia terrae:
Qui solem redis, et lunam cornibus imples, 5
Inque diem ad noctem lumem metiris utrumque;
Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus,
Signa, potestates, cursus, loca, tempora nости;
Qui diversa novam formasti in corpora terram,
Torpentique solo viventia membra dedisti; 10
Qui pereuntem hominem vetiti dulcedine pomis
Instauras meliore cibo, potuque sacra*ti*

¹² Meliore cibo, in vetere paraphrase legitur, melioris cibi sacramento.

010044

Sanguinis infusum depellis ab angue venenum;
 Qui genus humanum (praeter quos clauerat arca)
 Diluvi rapida spumantis mole sepultum 15
 Una iterum de stirpe creas, ut mystica virtus,
 Quod carnis delicta necant, hoc praesule ligno
 Mostraret liquidas renovari posse per undas;
 Totum namque lavas uno baptimate mundum:
 Pande, salutarem paucos quae dicit in urbem, 20
 Angusto mihi calle viam, Verbiisque lucernam
 Da pedibus lucere meis, ut semita vitae
 Ad caulas me ruris agat, qua servat amoenum
 Pastor ovile bonus, qua vellere praevius albo
 Virginis agnus ovis, gressuque omnis candidus in-
 (trat. 25
 Te duce, difficilis non est via: subditur omnis
 Imperiis natura tuis; rituque soluto
 Transit in adversas jussu dominante figuris.
 Si juveas mediis segetes arere pruinis,

20 *Salutaris urbs, id est, colestis.*21 22. *lucerna pedibus meis verbum tuum,*
*et lumen semitis meis, PS. CXVIII, 105.*27 *Ritu, vel lege naturae.*29 *Arere, pro flavere seu flavescente.*

Messorem producet hiems: si currere mustum 30
 Vernali sub sole velis, florentibus arvis
 Sordidus impressas calcabit vinitor uvas;
 Cunctaque divinis parebant tempora dictis.
 Iudicio est antiqua fides, et cana priorum
 Testis origo patrum; nullisque abolenda per
 aeum 35
 Temporibus constant virtutum signa tuarum.
 Ex quibus audaci perstringere pauca relatu
 Vix animis committo meis, silvamque patentem
 Ingrediens, aliquos nitor contingere ramos.
 Nam centum licet ora movens, vox ferrea cla-
 met, 40
 Centenosque sonos humanum pectus anhelet,
 Cuncta quis expediet, quorum nec lucida coeli
 Sidera, nec bibulac numeris aequantur arenae?

Initium factis lucem dat lucis origo.
 Qua mundo vita promissa est principe Luce:
 Quae totum praecessit opus quod continet orbis,
 Quae solis praevenit iter, lumenque coruscum. 15
 Cujus jussit ope clarescere cuncta creata.

SECUNDO DIE.

Altera quippe dies coeli convexta meretur,
 Et supra coelos ingentia flumina dantur,
 Ac dominatur aqua glomeratis fontibus alma,
 Ignibus aethereis coelesti sede locatis. 20
 Unda beata nimis, meruit quae teeta polorum,
 Celsa favore Dei, jussu suspensa Tonantis.
 Limitibus contenta suis elementa morantur.
 Nec flamas restinguunt aqua, glaciemve temporat

Prima dies: ea lucis erat, mors una tenebris:
 Lux datur ante polos, lux clari causa diei,
 Lux jubar aethereum, lux noctis limes et umbrae,
 Lux facies rebus eunctis, et lux elementis,
 Lux genitis faetisque calor, lux gratia solis, 5
 Lux decus astrorum, lux aurea cornua lunae,
 Lux fulgor coeli, lux magni temporis index,
 Qua bene constructa mundi primordia lucent.
 Clarus ubique Deus, nunquam mutabilis auctor,
 Quem non obscurant quacumque ex parte te-
 (nebrae, 10
 Nec celantur ei quaecumque obscura geruntur.

*I. Dixit Deus: Fiat lux. Et facta est lux.
 Et divisit lucem a tenebris.*

13 *Promissa vel praemissa, hoc loco, mihi
 videtur esse ideam aliquam earum quae Sancti
 Patres ad explicationem veteris testamenti attu-
 lent. Luminis enim creatio, priusquam rem ali-
 quam materialem facta fuerit mundo promissit
 vitam bonam, sub gubernatione veri luminis, qui
 est D. N. J. id est, vitam spiritalem.*
 17 *Secundo die, fecit Deus firmamentum.*

Flammeus ignis aquae. Servant sub lege teno-
rem 25.
Incorupta suum, non impugnata vicissim:
Non discreta quidem, sed nec permixta morantur.

TERTIO DIE.

Tertia caeruleum ponti lux edidit aequor:
Fluctibus immensis pelagi freta glauca liques-
(eunt,
Et mare nigerum quatitur spumantibus un-
(dis. 30
Ipsa dies terram meruit de fluctibus actam.
Eruitur tellus vasto demersa profundo,
Et solidante globo gravior per inane pependit,
Axe ferente solum; sunt pro radicibus undae:
Quam molles portant, ceu fundamenta, liquo-
(res, 35
Arida materies rapitur de corde fluenti.

Nondum mater humus, cuius pars solvit arenas,
In glebas pars membra ligat, pars saxea turgent,
Et caute stat montis apex; pars flumina mergit,

28 Terra arida, maria, herbae et ligna.

37 Solvit arenas, pro solvitur seu soluta
est in arenas.

Planities pars tensa jacet, pars littora curvat, 40
Pars datur in tumulus, pars aspera rupibus horret
Pars riget in cultu, residet pars valle profunda,
Et colles tumidi cumulis juga celsa supinant
Atque humiles campos spatiis aequalibus aptant;
Pars data dulcifluis undantis foatibus agri. 45
Promit herba virens, it surculus omnis in
(auras,
Et semper vestita comis frondescit oliva.
Omnia poma virens profert, non parturit arbor.
Linguae laurus honos surgit donanda poetis.
Torta per oblicuos it vitis in orbe corymbos, 50
Verberat et palmes ramos fuitante flagello;
Vinea pampineos subarundinat ebria campos,
Munera laetitiae spondens pendentibus uvis:
Fructibus et variis redolent florentia rura.
Una parens tellus non unum fundit odorem, 55
Sed quot sunt herbae, tot permiscentur odores.
India tunc primum generans pigmenta per herbas
Eduxit sub sole novo rudibusque racemis.

45 Undantis exprimit epithetum, corum
qui vocantur ex consequente.

49 Surgit, pro solvit.

PARADISI TERRESTRIS
DESCRIPTIO.

Est locutus in terra difundens quatuer amnes,
Floribus ambrosii gemmato cespite pictus, 60
Plenus odoriferis nunquam marcentibus herbis,
Hortus in orbe Dei eunctis felicior hortis.
Fructus inest anni, cum tempora nesciat anni.
Illic floret humus semper sub vere perenni,
Arboreis hinc inde comis vestitur amoene, 65
Frondibus intexti ramorum murus opacus
Stringitur, atque omni pendent ex arbore fructus,
Et passim per prata jacent: non solis anheli
Flammat radiis, quatitur nec flatibus ullis,
Nec conjuratis furit illic turba procellis. 70
Non glacies districta demat, non grandinis ietes
Verberat, aut gelidis canescunt prata pruinis:
Sunt ibi sed placidi flatus, quos mollior aura
Edidit exurgens nitidis de fontibus horti.
Arboribus movet illa comas, de flamme molli 75
Frondibus impulsis, et movilis umbra vagatur;
Fluctuat omne nemus, et nutant pendula ponae.

62 Hertus Dei (I*xi* Ll, 3).

Ver ibi perpetuum communes temperat auras,
Ne laedat flores, et ut omnia poma coquantur.
Non apibus labor est ceris formare cieutas: 80
Nectaris aethorei sudant ex arbore mella,
Et pendent foliis jam pocula blanda futura,
Pendet et optatae vivax medicina salutis:
Cetera depingit variis natura figuris.

QUARTO DIE.

Auroram jam quarta dies praemiserat undis, 85
Et rutilante polo compresserat era rubore:
Mox solis radiare globum jubet igne salutis:
Flamma salutaris perfundit lumine mundum,
Cuncta salutifero rident elementa vapore;
Cujus ab igne novo lunam jubet ire secundam, 90

*81 Loquitur de seculo aureo: Et quercus
durae sudabunt roscida mella.*

*82 Pocula, liquor ad potandum, vulgo
shicha.*

*85 Fecit Deus duo luminaria magna: lumi-
nare majus, ut praesset diei; et luminare minus,
ut praesset nocti; et stellas.*

86 Comprimare pro operire.

90 Novo, pro suo.

Nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis,
Et trepidum proferre diem comitante quiete.
Candida somnigeris collustrat cornibus axes,
Quae numero est crescente brevis, sed plena minore
Flammeus ornatus coeli per sidera fllsิต: 95
Officia et stellis, numeros et nomina jussit,
Tempora distribuit, loca contulit, ignibus egit,
Limitibus fixit, jubar induit, axe rotavit,
Cursibus aptavit, coeli regionibus addit,
Agminis innumeri nec flammæa sidera cœlum 100
Destituant quoquaque die, sed luce premuntur
Luminis immensi radiato vertice fusi.
Nec mirum, si clara latent sub sole corusco
Sidera, quo mundum monstrat mensura minorem,
Qui fœvet igne pio cœlum, mare, sidera, ter-
ras, 105

92 *Trepidum, pro dubium, incertum.*

96 *Jussit, pro imposuit..*

97 *Contulit pro tribuit, dedit eis. Egit, oponi-
tur verbo fixit. Creator enim possuit astra, ut mo-
veantur, sicut decesset naturae suæ ignæ; sed mo-
tus eorum limitatur in curriculo suo, et ideo
dicitur fixit.*

104 *Mundum est hic. synonymum de terra.*

Concepta virtute Dei, quem sphaera polorum
Sustinet, et sentit dominum per cuncta Tonan-
(tem.
Cujus ab imperio veniunt, quaecumque mini-
(trant,
Omnia: jussus agit totum, sub lege laborat
Miles et ipse Dei, cùm lunam et sidera cuncta 110
Otentat, sub vere novo, sub tempore primo,
Sub tirone die veterana in saecula paratus.

QUINTO DIE.

Vidit quinta dies animalia cuncta profundi.
In corpus solidantur aquæ, nervique ligantur.
Musculus humor erat, fluctus durescit in ossa, 115
Atque oculi gemmantur aquis humore gelato.
Et quot sunt fluctus, tot forsitan in aequore pisces
Lucerunt fluido per caerulea vasta natatu,

113 *Creavit Deus cete grandia, et omnem
animam viventem et motabilem, quam produc-
rant aquæ in species suas, et omne volatile se-
cundum genus suum.*

116 *Gemmantur, id est, formantur instar
gemmarum, vide ver. 226 ubi verbum gemino, ac-
tive ponitur.*

Et crispante freto proflabant naribus undas:
 Terrigenis factura cibos post cuncta creandis. 120
 Exsilit inde volans gens plumea laeto per auras,
 Aera concutiens pennis crepitante volatu;
 Ac varis fundunt voces modulamine blando,
 Et [puto] collaudant Dominum, meruisse creari.
 Hae niveo candore nitent has purpura vestit, 125
 His croceus plumae color est, has aureus ornat;
 Albentes alii pennae solidantur ocellis,
 Atque hyacinthus adest per colla et pectora
 (fulgens).
 Eminent his cristatus apex, has lingua decorat,
 Et brevitas formae pensatur voce canora. 130
 Has virides pennae reddunt, has discolor ornat
 Pluma, per innumerias currens pictura volucres;
 Et rudibus tenuem subtexunt aera pennis.
 Ipsa dies folium ramis et floribus herbas

119 *Proflavant, pro Preflavit.*

120 *Terrigenae, terminum ad designantur homines.*

127 *Solidantur, pro ornantur continuis coellis vel stellantur.*

133 *Rudibus pro novis: sicut in versibus 58 et 145.*

134 *Ipsa, pro eadem.*

Emovit, et spicis acuit seges omnis aristas. 135
 Silva comis vestita viret, nidosque loquaces
 Exhibit, et varias decantat garrula voces,
 Cum natabunda volat commotis plausibus ales,
 Frondibus insidens vento cum fronde moyetur,
 Unguibus ad ramos infixa tenacibus haerens. 140
 Pennigerum vernare genus vapor urget in usus
 Pignoris, et molli, durescunt ova teperc:
 Pennantur membrata globis, animantur, anhelant,
 Rumpuntur, confracta sonant, nutrita volatus
 Tentant, et rudibus librantur in aera pennis. 145
 Sed cum discordent inter se elementa coacta,
 Foetibus eductis concordant unda vel ignis:

135 *Seges acuit, pro acutas producit.
 (Aristas ad custodienda semina. D. Ambrosius in suis extractibus, tom. II. p. 3 ait. supra spicam vallum struitur aristarum...., ne avium minorum morsibus spica laedatur, aut suis exuat fructibus, aut vestigiis proteratur.*

141 *Genus pro nemus. Vernare, de avibus dicitur nidificare. Vapor, calor qnod in ovatione requiritur.*

146 *Elementa coacta; id est, ignis et aqua conjuncti, interim est incubatio.*

Unda creat volucres, producit flamma volucres.
Pabula mont's erant, sed non qui pasceret herbas,
Affuit: intactae senuissent floribus herbae, 150
Ni pascenda daret tellus jumenta per agros.

SEXTO DIE.

Sexta dies phoebi rutilo processerat ortu,
Cùm natura parens giguit animantia terris.
Cornibus erumpunt armata fronte juvenci;
Et per prata vagum sequitur sua bucula tau-
(rum. 155

Cervus in arva fugax palmatis cornibus errat;
Et velox prorumpit equus, pecus utile bellis.
Impia terribiles producit terra leones;
Simplicitas ovium fraudes passura luporum,
Et raucos timuit discurrens dama molossos. 160
Spumat aper, mortes lunato dente minatus,
Et latus obliquans meditatur praelia torvus.
Ne massyla fames duros descendat in armos,
Aut aper alter eat spumantia bella movere.

158 Impia, pro immittis.

163 Ne, pro nec.

164 Eat movere, pro motum hellenismum est

Gignitur omne genus pecudum, genus omne fe-
(rarum 165

Inter prata vagum nullo custode per herbas.

Instar montis habens incedit bestia mole.

Promitur anguis hians, quatiens sub dente ve-
(nenum

Et maculosa repit squamis per viscera serpens,
Atra venena nocens missura afflatibus oris, 170
Et subito sparsura graves per sibila mortes,
Atque eadem membris impertitura medelas.

—
167 Montis, alusive dicitur, de *Elephantis*
fauce, de qua *Isidorus* etymologice ait: *Elephan-*
tum Graeci à magnitudine corporis vocatum pu-
tant, quod formam montis praferat: grecce
enim mons dicitur.

169 Per viscera, pro ventre.

172 Medelas, inveniuntur: In *Plinio His-*
nat. XXIX, cap. 21 et 22 qui titulantur, reme-
dia ex vipera et reliquis serpentibus. Apologis-
tiae Christiani de his etiam mentionem faciunt,
adversus rationalistas qui dicunt. Quomodo Deus
creare potuit plantas et repes venenum habentes.

SAPIENTIA DEI, IN CREATURARUM
DISTRIBUTIONE, SUPER DIVERSIS
GLOBI PARTIBUS.

Sed ne cuncta simul passim per euacta fuissent,
Distribuit loca certa Deus, et tempora fixit.

Tempore non uno veniunt, quae saeva vocan-

(tur: 175)

Non semper movet arma leo, nec scorpius ictus

Semper habet, nec semper agit fera vipera mor-

(sus,

Nec semper tollunt ad vulnera colla cerastae,

Nec semper furit unda maris, nec semper adurit

Solis ubique calor: pro tempore temperat ign-

(nes; 180)

Pro regione plague contemperat unda vaporem,
Et modo bellantes fluctus, freta pigra jacebunt.

Ipse polus, qui grande tonat, sine nube serenus

Jam tacet, et puro redeunt sua lumiua coelo.

Multa locis data sunt variis dispersa per or-

(bem. 185)

Arida vipercos angues suscepit arena;

Humida sortitur tellus fera colla leonum;

India cum gemmis et eburnea monstra minatur;
Bellua divinos inter generatur odores,
Ambrosiasque rapit male frangens bestia mes-
ses. 190

Incertusque colore tigris per mille colonos
Montibus Hyrcanis venit, atque effoeta marita
Mittitur, ut vinctant currrens orbata procellas.
Cornibus erectis sortita est Africa damas;
Concava suscipiunt per montes saxa dracones. 195
Cetera distribuit diversis semina terris:

Plurima conjunxit, sed cespote multa diremit.

Munera praeterea funduntur divitis auri;
Protulit eximias et ditor India gemmas;
Producunt niveos et littora rubra, lapillos; 200

*I88 Eburnea, id est, ebore ornata, ebur ha-
bentia.*

*I89 Bellua, multi sunt autores qui Elephan-
tulum, simpliciter nominant Bellua. Divini,
quia cultui Divino dedicantur.*

I91 Colonos. pro colores.

*I97 Cespote, poetica pro agro, regione, id
est, spatio interposito.*

*200 Nivei lapilli, sunt perlæ: in mare rubi-
cundo et golfo persico inveniuntur.*

Flamantes viridesque tulit Babylonia crustas;
 Persida nobilitant pretiosis littora gemmis;
 Frigidus et roseo carbunculus ardet honore;
 Seres fila trahunt nullo sub pollice ducta,
 Balsama Cæsareos plorant virgulta per agres, 205
 Et nimis ambrosium lacrymae dant munus odoris.
 Cinnamon interior profert sibi Phoenice tellus,
 Solis amica nimis: nec non de sole perusta
 Heac nardi flores, haec portio fundit amomum.

HOMINIS CREATIO.

Omnibus his genitis, animal rationis amicum 210
 Formatur virtute Dei, limatur in artus,
 Ut dominanter eat moderatior omnibus unus,
 Naturae jussu quae protulit omnia princeps.

201 Crustae, dicitur de lapidibus pretiosis.

203 Honor, pro decus, ornatus.

205 Caesareos, de Cæsare.

207 Interior sub Phoenice tellus, demonstrat Arabiam.

208 Nec non, pro nam non.

212 Dominanter eat vel pro domino seu tanquam Dominus in natura ersetur. Moderatior unus, quia ille solus per rationem gubernatur.

213 Jussu, suo.

At hominem non terra parit, non pontus ab un-
 (dis,

Non coelum, non astra creant, non purior aer: 215
 Sed dominaturum cunctis dominator et auctor
 Plasmavit per membra virum de pulvere factum.
 Limus adhuc deformis erat, membratur in artus
 Corporeos species hominis, coelestis imago.
 Conspicitur nova forma viri, sine mente parum.

(per: 220)

Spiritus infusus subito per membra cucurrit,
 Et calefacta rubens tenuit praecordia sanguis.
 Mox rubuere genae, totos rubor inficit artus:
 Jam cutis est qui pulvis erat, jam terra medullas
 Ossibus includit, surgunt in messe capilli, 225
 Orbe micant gemino gembantia lumina visus,
 Et vocem compago dedit, nova machina surgens
 Auctorem laudare suum, gavisa quod esset.

Tunc oculos per cuncta jacit, miratur amoenum
 Sic florere locum, sic puros fontibus amnes 230
 Quattuor undisonas stringenti gurgite ripas
 Ire per arboreos saltus, camposque virentes

225 In messe, pro velut messis.

228 Hellenismum, pro ut laudet.

229 Amoenus locus paradisi.

Miratur: sed quid sit homo, quos factus ad usus,
 Scire cupit simplex, et non habet unde requirat,
 Quo merito sibimet data sit possessio mundus, 235
 Et domus alma nemus per florea regna paratum?
 Ac procul exspectat virides jumenta per agros,
 Et de se tacitus, quae sint haec cuncta, requirit,
 Et quare secum non sint haec ipsa volutat:
 Nam consorte carens, cum quo conferret, ege-
 (bat. 240)

MULIERIS CREATIO.

Viderat Omnipotens haec illum corde moven-
 (tem,
 Et miseratus ait: «Demus adjutoria facto,
 Participem generis:» tanquam si diceret auctor,
 Non solum decet esse virum; consortia blanda
 Noverit, uxor erit. Cūm sit tamen ille mari-
 (tus, 245)

237 *Exspectare*, est sinonimum de spectare,
 sed aliquoties, quia etiam addit aliquam specta-
 tionis seu alicujus rei nescesariae ideam.

242 *Demus*, Non est quantitas: «Faciamus
 ei adjutorium simile sibi.»

Conjugium se quisque vocet; dulcedo recurrat
 Cordibus innocuis, et sit sibi pignus uterque.
 Velle pares, et nolle pares, stans una voluntas,
 Par animi concors, paribus concurrere votis,
 Ambo sibi requies cordis sint, ambo fideles, 250
 Et quicumque datur casus, sit causa duorum.

Nec mora, jam venit alta quies, oculosque su-
 (pinat

Somnus et in dulcem solvuntur membra soporem.
 Sed cūm jure Deus, nullo prohibente, valeret
 Demere particulam, de quo prius ipse para-
 (rat. 255)

Ne vi ablata daret juveni sua costa dolorem,
 Redderet et tristem subito, quem laedere nollet
 Fur opifex vult esse suus: nam posset et illam
 Pulvere de simili Princeps formare puellam.
 Sed quo plenus amor toto de corde veniret, 260
 Noscere in uxore voluit sua membra maritum.

246 *Conjugium*, pro conjugem.

248 *Velle pro voluntate*; sic invenitur etiam
 in poetis classicis, v. g. Virgilius dixit: cantare
 pares. Duo pastores maxime dexter in cantu.

255 *De eo quod*, seu quam prius.

258 *Fur suus*, pro suae rei fur.

Dividitur contexta cutis, subducitur una
Sensim costa viro, sed mox redditura marito.
Nam juvenis de parte brevi formatur odulta
Virgo, [¶] decora, rudit, matura tumentibus an-
(nis, 265)

Et sine lacte pio fit mox infantia pubes.

Excutitur somno juvenis, videt ipse puellam
Ante oculos astare suos, pater, inde maritus,
Affectusque novos blandi genuero sopores.

Constitit ante oculos, alti quasi nympha pro-
(fundi: 270)

Caesaries intonsa comis, gena pulchra rubore,
Omnia pulchra gerens, oculos, os, colla manusque,
Vel qualem possent ditti formare Tonantis.

NOSTRUM PRIMORUM,
IN PARADISO, VITA PARENTUM.

Nescia mens illis, fieri quae causa fuisse:
Tunc Deus et princeps ambos conjunxit in
(unum, 275)

266 *Pio, loco matris.*

269 *Blandi eleganter pro singulare, blan-*
dus sepor,

270 *Nympha profundi, Venus.*

Et remeat sua costa viro; sua membra recepit.
Accipit et foenus, cum non sit debitor ullus.
His datur omnis humus, et quidquid jussa crea-
(vit;

Aeris et pelagi foetus, elementa duorum
Arbitrio commissa manent. His, «Crescite»
(dixit 280)

Omnipotens, «replete solum de semine vestro,
Et de prole novos iterum copulate jugales.
Et dum terra fretum, dum coelum sublevat aer,
Dum solis micat axe jubar, dum luna tenebras
Dissipat, et puro lucent mea sidera coelo, 285
Sumere quidquid habent pomaria nostra, licebit:
Nam totum quod terra creat, quod pontus et aer
Protulit, addictum vestro sub jure manebit,
Deliciaeque fluent vobis et honesta voluptas:

Arboris unius tantum nescite saporem.» 290
Dixerat ista Deus: sanxit natura, quod inquit

277 *Totum accipit, Deus, cum usura Ada-*
mo costam suam redidit.

282 *Prima sillaba de copulare longa est.*
Cum elisione pronuntiatur, sicut vincla pro vin-
cula.

289 *Fluent, pro affluent.*

Omnipotens. Mirata diem discedere, solem,
 Nec lumen remeare putat terrena propago,
 Solanturque graves lunari luce tenebras;
 Sidera cuncta notant coelo radiare sereno. 295
 Ast ubi purpureum surgentem ex aequore cer-
 (nunt)
 Luciferum vibrare jubar, flamasque ciere,
 Et reducem super astra diem de sole rubentem,
 Mox revocata fovent hesterna in gaudia mentes;
 Temporis esse vices noscentes, luce diurna 300
 Cooperunt sperare dies, ridere tenebras.
 Tot bona facta Deus non obliviscitur unquam,
 Quae propter hominem fecit, sanxitque manere.
 Huic dominus pietatis opem subducere non vult,
 Projicere nec plasma suum. Scit conditor aevi, 305
 Esse nihil prorsus se praeter ubique regandum,
 Et nisi subveniat, succurrrens non erit ullus.
 Inde malo bonus est homini Deus omnibus auctor,
 Spes, opifex, dominus, rector, dux, arbiter, index,
 Continua bonitate pius, virtute modestus, 310

298 *Diem rubentem, seu lucentem; super astra, id est, plusquam stellas.*

309 *index, Revelationum auctor.*

310 *Modestus qui de sua potestate humana
 non abussus est.*

Simplicitate bonus, et culmine celsior omni.
 Ibant per flores et laeta rosaria bini
 Inter odoratas messes lucosque virentes
 Simpliciter pecudum ritu, vel more ferarum,
 Corporibus nudis, sed nescia corda ruboris 315
 (Unde rudes cirent, quid moribus esset honestos-
 (tum?)
 Arboris unius fructu sub lege negato.
 Vovere non tellus, non rastro jussa domari,
 Quaerere nec sudor fructus quocumque labore
 Cogiturn, aut campos aliquo de fonte rigare; 320
 Imbriferis semper pluvis absentibus uber.
 Cespes erat. Solis datus est locus ille duebus;
 Non placidas sustentat aves, non ore cruentas,
 Ungubus armatas nescit perferre volucres;
 Omne genus pecudum nescit, genus omne fera-
 (rum. 325

PECATUM PRIMUM.

Solus ibi irrepsit squamoso corpore serpens,
 Fraudibus imbutus mortis, caput omne malorum, ®
 Pectore vipero mellitum ex ore venenum

323 *Plures doctores sentiunt, animalia omnia tunc in Paradiso esse.*

Funereo sub dente parans spumante palato.
 Ergo ibi lior edax contusum dente venenum 330
 Invidiae mordacis habens sub fronte modesta,
 Quaerit opem sceleri, per quam fallatur honestas,
 Simplicitasque cadat, vel credula corda reatum
 Incurrant non fraude sua, sed clade perenni.

Fortia corda viri non expugnanda per an-
 (guem 335)

Praesensit pietatis inops, et conjugis aures
 Agreditur sub voce pia; sermone maligno
 Insidiosus adit, heu! mollia corda puellae;
 Ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
 His semel assumptis reserantur lumina cordis 340
 Ac permixta bonis patuit doctrina malorum.
 Poenituit nescisse dapes, et damna putantur
 Temporis exacta spatia: procedere pejus

329 «Spumat palatum serpentis, quia vene-
 num saniemque vomit.»

336 *Inops, pro expers, sicut de mente insana*
dicitur, mente inops.

339 *Funere, pro morte, pernicie.*

343 *Temporis spatia, tempus quo se absti-
 nerant de fructo vetito manducare, construc post:
 quippe pejus nefas ausum (est) procedere.*

Asum quippe nefas. Tentat seducta maritum,
 Et capit insolentem jam noxia femina victum. 345
 Circumventa perit, sed circumscripta fefellit.
 Nec circumscriptor serpens impune triumphat.
 Nam postquam juvenis violata mente comedit
 Funereos sine lege cibos in morte futurus,
 Mox sapit infelix, quid pravum, quid sit hones-
 (tum: 350)

Cognita simplicitas, sed mox est corde fugata.
 Viderat Omnipotens, homines didicisse pudo-
 (rem,

Perdiderant quem fraude truci, dapibusque co-
 (messis

Errantes per prata reos, foliisque tegentes
 Foeundus artus: dant agnita membra reatum. 355
 Illicitum fas ante putant, licitumque profecto
 Creditur esse nefas. Hos increpat ore tonanti

348 *Violata mente, justa ideas, necnon lo-
 cutionem homericam.*

356 «Quod fas antea erat, illicitum putant,
 et quod revera licitum est, nisi culpa praecessis-
 set, credebant esse nefas, ut et nuditas.» et in
 versibus 360 et 361, ubi legetur: magis obtunsi
 et Omne suum quodcumque.

Sacrilegos, qui jura Dei calcando profanant,
Dum quaerunt illas foliis vel rupe latebras;
Tunc magis ostensi, cùm credunt posse latere 360
Obtentu quocumque Deum, cui cuncta patescunt,
Es merito, quia cuncta facit, fecitque juvendo.

III.

SEDULIUS.

SI EVA PECATUM PARIT,
BEATA VIRGO MARIA NOVIS
SALUTEM DEDIT.

[*Carmen Paschale, II, v, 1-34.*]

Expulerat primugnitum saevissimus anguis
Florigera de sede virum, blandique saporis
Illecebris letum misero potarat amarum.

Nec solus meritam praesumptor senserat iram

1 *Primogenitum, vel etiam protoplastum.*

3 *Potarat, sensus est, bibendum dederat, propinaverat.*

4 *Praesumptor, In vetere paraphrase legitur: t'emerator praecepit.*

Mortali sub lege jacens, sed prorsus ab ipso 5
Humanum simul omne genus. Heu! noxia conjux,
Naxia tu conjux magis, an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco, sed tu quoque noxia conjux.
Proh dolor! aeterni fuerant duo. Crescere post-
(quam

Coepit origo, perit, clademque a semine sump-
(sit. 10

Quid numerosa dies, quid tempore proderat illo
Cernere nongentos ultra feliciter annos,
Progenimque senum decimam spectare nepotum,
Jamque suum nescire genus, cùm victa supremis
Cursibus, extremae sors ireparabilis horae, 15
Sera licet, ventura foret longumque per aevum
Vita brevis, nil esse diu, cum fine doleret?

Nec reducem spes ferret opem, primique sepul-
(erum

5 *Mortali, pro mortalitatis.*

9 *Eterni, pro immortales.*

13 *Senum, adjективum est.*

17 *Cum fine, id est, in fine suo posita, seu quando finis adest.* R

18 *Reducem, id est, quae reduceret in pri-
orem statum.*

Terrigenae caeca sorberet fave nepotes,
 Ni pius ille sator, culpas ignoscere promptus, 20
 Reddere difficilis, sua ne factura periret,
 Quaeque Deo similis vivens astabat imago,
 Dissimilis de morte foret, veniale misertus
 Instauraret opus, ponisque vetaret acerbis,
 Quae mansere patres, natorum horrescere den-
 tes, 25
 Donaretque suis semper placatus, ut unde
 Culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem;
 Et velut e spinis mollis rosa surgit acutis,
 Nil quod laedat habens, matremque obscurat ho-
 (nre:
 Sic Eva de stirpe sacra veniente Maria, 30
 Virginis antiquae facinus nova virgo piaret;
 Ut quoniam natura prior vitiata jacebat
 Sub ditione necis, Christo nascente, renasci
 Posset homo, et veteris maculam deponere carnis.

23 *Veniale, pro via dignum.*

25 *Allutio de Ezech. XVIII, 2: Patres comedenterunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstopescunt. Vide etiam Ierem. XXXI, 29.*

30 *Sacra, Mariam calificat, non stirpem.*

34 *Pro veteris hominis, Ephes. IV, 22.*

IV.

PASSIO DOMINI NOSTRI
 JESUCHRISTI.

[*Sedulius, Carmen Paschale, V. v. 1-294.*]

Has inter virtutis opes jam proxima Paschae
 Cooperat esse dies, Domini cum gloria vellet
 Ponere mortalem, vivamque resumere carnem,
 Non aliam, sed rursus eam, quam munere plenam
 Lucis, ab infernis relevans, ad sidera duxit. 5
 Exclamansque palam, «Pater, ista memet ab hora
 Salvifica: sed in hanc ideo veni tamen horam;
 Clarifica,» dixit, «nomen tuum;» magnaque coelo
 Vox resonans venit per nubila: «Clarificavi,
 Clarificabo iterum.» Quid apertius est Patre tes-
 (te, 10

Coelo assertore? At nec sic agnoscere Christum
 Gens voluit Judaea Deum: pars esse ferebat
 Hoc tonitrum; pars angelicam crepusse loquelandum.

1 Has, quae sunt expositae in libris praese-
 dentibus.

7 Joann. XII, 23 et 28.

O gens caeca oculis, o gens durissima corde;
non tonitrus potuit Christum, sive angelus
(illus 15)

Auctorem generasse suum, qui, nomine Patris
Audit, responsa daret; sed ab ore Tonantis,
Natum agnoscens, populus quo crederet astans.
Vox emissa suo respondit consona Verbo.

Annua tunc sacrae celebrans per munera
(coenae 20)

Paschales ex more dapes, humilemque ministrum
Se faciens, et grata suis exempla relinquens,
Assurgit, famulisque libens famulatur, et omnem
Linteolo accinctus tantum inclinavit honorem,
Discipulis ut sponte lavans vestigia cunctis, 25
Nec Judam exiperet, quem proditionis iniquae
Noverat auctorem. Sed nil tibi gloria, saeve
Traditor, illa dabat pedibus consistere mundis,
Qui sensu pollutus eras, velut omne sepulchrum
Exteriora gerens albae velamina formae, 30
Sordibus interius foedoque cadavere plenum.

Nec Dominum latus dolis, scelerisque futu*i*
Prodidit auctorem, panem cui tradidit ipse,

27 Nil pro minime.

30 Matth. XXIII, 27.

Qui panis tradendus erat: nam corporis atque
Sanguinis ille sui postquam duo munera sanxit, 35
Atque cibum potumque dedit, quo perpetue nun-
(quam

Esuriant sitiantque animae sine labo fideles:
Protinus in Judam, sedes ubi livor habebat,
Spiritus intravit teterrimus, armaque sumens
In Dominum, servile dedit consurgere bellum, 40
Pactus grande nefas quavis mercede: nec illi
Culpa datur pretio, sed inherent crimina facta:
Tantumdem sceleris, terdona numismata sumens
Argenti, parvo caecatus munere gessit,
Quantum, cuneta simul terrarum regna, maris-
(que 45)

Divitias, omnemque vagis cum nubibus aethram
Si caperet, gesturus erat: neque enim bona
(mundi
Sufficerent magni fuse pro sanguine Christi,
Qui pater est mundi, qui fecerat hunc quoque
(nasci.
Atque utinam sterili damnatus matre nequisset 50
Natelem sentire diem, nec luminis hujus

40 Dedit, sicut in v. 28. «Bonum erat ei, si
natus non fuisset homo ille.»

Haussiset placidas flabris vitalibus auras
 Æterno torpore latens, miseroque fuisse
 Sors melior nescire datam quam perdere vitam,
 Aut male fuisse humo, confessim munera lucis 55
 Perderet, ut pulvis, quem ventus projicit ingens
 A facie terrae, rapidisque volatibus actus.
 Spargitur in vacua nebulis obscurior umbras.
 Tunc, cruenta, ferox, audax, insane, rebellis,
 Perfida, crudelis, fallax, venalis, inique, 60
 Traditor immitis, fere proditor, impio latro,
 Praevius horribiles comitaris signifer enses?
 Sacrilegamque aciem, gladiis sudibusque minacem
 Cùm moveas, ore ora premis, mellique venenum
 Inseris, et blanda Dominum sub imagine pro-
 (dis? 65
 Quid socium simulas, et amica fraude salutas?
 Numquid terribiles aut pax conjurat in enses,
 Aut truculenta pio lupus oscula porrigit agno?
 Traditus ergo viris operator sanctos iniquis,
 Consuetam non liquit opem, pueroque revul-
 (sam 70
 Ense Petri, ne qua pius a pietate vacaret,
 Reddedit auriculam; nec enim vindicta Tonanti
 Conveniens humana fuit, qui millia Patrem

Angelicas sibimet legiones poscere posset
 Plus duodena dari, si mallet sumere poenas 75
 De meritis, quam sponte suas ignoscere plagas.
 Tunc parci mucrone jubet, quia venerat ipse
 Ponere pro cunctis animam, non tollere cuiquam.
 Namque Petro, clara jandudum voce fatenti
 Cum Domino se velle mori, «Prius aliger, ini-
 (quit, 80
 Quam gallus cantet, hac me ter nocte negabis,»
 Non reprobando fidem, sed praedicendo timorem.
 Continuo ad tristes Caiphae deducitur aedes.
 Ille sacerdotum fuerat tunc denique princeps,
 Et princeps scelerum; namque hoc residente
 (cathedra 85
 Pestifera, falsis agitatum testibus ardet
 Concilium, jam jamque volant mendacia mille
 In Dominum, vanis hominum conflata cavillis,
 Et pereunt levitate sui velut ignis oberrans
 Arentes stipulas, vires cui summa cremandi 90
 Materies infirma rapit, victoque furore
 Labitur invalidae deformis gloria flammæ.
 Potsquam nulla dolis patuit via, brachia tolli
 Armat in insontem saevus furor: heu mihi! quantis
 93 Tollit, pro ut tollantur.

Impedior lacrimis rabidum memorare tumul-
 (tum 95
 Sacrilegas movisse manus? non denique passim
 Vel colaphis pulsare caput, vel caedere palmis,
 Aut spuere in faciem plebs exsecranda quievit.
 Ille tamen patiens subiecto carpare totum
 Sustinuit, nostraque dedit sua membra salu-
 (ti. 100
 Namque per hos colaphos caput est sanabile nos-
 trum,
 Haec sputa per Dominum nostram lavare figu-
 (ram,
 His alapis nobis libertas maxima plausit.
 At senior, cui cuncta potens praedixerat auc-
 (tor,
 Quae ventura forent, quoniam transire nequi-
 (bat 105

95 Tumultum, pro turbam tumultuantem.

99 Totum, vel omnia.

103 Plausit dictum ex more veterum, quo
 per alapae ictum et plausum in malis libertas
 servis manumissis conferebatur, ut notum est.

104 Senior, id est, S. Petrus.

Infectum, quob Christus ait, se prorsus adesse
 Ipsius ex sociis, semel, ac bis, terque negavit,
 Et gallus cecinit, completa est sanctio Christi,
 Et sensus rediere Petri: memor ille malorum
 Immemoris damnavit opus, gemituque sequen-
 (te, 110

Culpa fugit, cedunt lacrimis delicta profusis,
 Et dulcem veniam fletus generasti amari.

Jamque dies aderat, nocturna moestior umbra,
 Flagitium visura novum, tenebrisque remotis,
 Pandebat populis Judaeae crima gentis. 115
 Mox igitur Dominum Pilati ad moenia duci
 Nexibus astrictum Judas ut vidit iniquus,
 Diriguit, scelerisque sui commercia reddens
 Incassum, facti pretium, non facta reliquit.

Quidnam etenim predest, illic trepidare timo-
 (re, 120

Nullus ubi timor est? aut quae confessio tetro
 Luceat in inferno, cum jam demersa securis

106 Adesse, aliquoties pro esse ponitur.

116 Moenia, ut innuat magnificentia
 aedium Pilati.

120 Psalm. XIII, 5.

129 Psalm. IV, 6;

Arboris infandae radicibus, exitialem
 Quae peperit fructum, feralia germina vertat
 Funditus, et dignis pereant mala rebora flam-
 (mis? 125)

Continuoque trucis correptus mente furoris,
 Se quoque morte petit (quamquam tunc sanior
 (esset,
 Cūm scelus uleisci praecurreret); ipsaque dirae
 Guttura vocis iter, cuncti quae vendere mundi
 Ausa redemptorem, nodatis faucibus angens 130
 Infelicem animam laqueo suspendit ab alto.
 Lenior ira quidem tantae pro crimen culpae,
 Cunctorum cui nulla foret par poena malorum.
 Exitus hic mortis tamen, et sublime cadaver
 Ostendit populis, quanto de culmine lapsus 135
 Pridem discipulus, qui nunc reus, alta relinquens
 Sidera tartareum descendit ad usque profundum;
 Tunc vir apostolicus, nunc vilis apostata factus.
 At Dominus patiens cūm praesidis ante tri-
 (bunal

126 *Mente trucis furoris, id est, ea mente*
qualem trux furor efficit, furibunda mente.

131 *Sermo bonus, ponit ab, pro ex: arbore*
suspendit ab alta.

Staret, ut ad jugulum ductus mitissimus ag-
 (nus, 140)

Nil inimica cohors insontis sanguine dignum
 Repperiens, regem quod se rex dixerat esse,
 Objicit, et verum mendax pro crimen ducit.
 Nec mirum, si iura Dei gens perfida vitet,
 Imperiumque neget, locus quae semper ama-
 (vit, 145)

Idola dilexit; simili nam more furentes
 Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam,
 Damnatoque pio, conservatoque protervo,
 Mutavit per utrumque viam sententia justam,
 Auctor mortis erat, jussus qui sumere lucem; 150
 Auctor lucis erat, jussus qui sumere mortem.
 Credite jam Christum, pro cunctis credite pas-
 (sum.

Quid dubitatis adhuc? en sectus terga flagellis,
 Subditus opprobriis, poenas amplectitur omnes,
 Ne dignus sentire necem vel latro periret. 155

140 *Jugulum, poetice pro jugulationem,*
caedem.

156 *Sanguinis hujus, super nos et super fi-*
lios nostros.

Heu! falx torva patrum, segetem caesura ne-
(potum,

Heu! facinus, Pilate, tuum! quot gesseris uno
Crimina judicio, vigili si mente notares,
Non solas lavisse manus, sed corpore toto
Debueras sacrum veniae sparare lavacrum. 160
Corripis insontem, sistis sub praeside regem,
Praeponis humana Deo: qua morte teneris,
Qui Dominum numerosa cruci per vulnera figis?

Cumque datus saevis ad poenam Sanctus abi-

(ret

Militibus, vilem rubri sub tegmine cocci 165
Vestitur chlamydem, species ut etuneta eruentae
Mortis imago foret; spinis circumdedit amplum
Nexa corona caput, quoniam spineta benignus
Omnia nostrorum suscepserat ille malorum; 169
Implet arundo manum, sceptrum quod mobile
(semper,

Invalidum, fragile est, vacuum, leve: moxque
(alienos
Deponens habitus, proprium suscepit amictum,
Scilicet humanae positurus tegmina carnis,
Et sumpturus item, nil jam ut mutabile ferret,
Post mortem propria cum majestate resur-
(gens. 175

(Humano ponens mortalem tegmine carnem.)

Nec sine divino constat moderamine gestum,
Quod vinum cum felle datum, tristemque sapo-
(rem

Suscipiens tetigit labiis, et ab ore removit:
Quippe necem parvo degustaturus amaram 180
Tempore, quam reduci contemnere carne pararet.

Protinus in patuli suspensus culmine ligni,
Religione pia mutans discriminis iram,
Pax crucis ipse fuit, violentaque robora mem-
(bris

Illustrans propriis, poenam vestivit honore, 185
Suppliciumque dedit signum magis esse salutis,
Ipsaque sanctificans in se tormenta beavit.

Neve quis ignoret, speciem crucis esse colendam,
Quae Dominum portavit ovans, ratione potenti
Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis 190
Splendidus Auctoris de vertice fulget Eous,

Occiduo sacrae lambuntur sidere plantae,
Arcton dextra tenet, medium laeva erigit axem,

176 Versiculum hoc, varians est, versiculi

173. Poetice dicitur tristis, loco amaritudinis.

183 In religionem mutatis, id est, instru-
mentum supplici fit simbolum religionis.

Cunctaque de membris vivit natura creantis,
Et cruce complexum Christus regit undique
(mundum. 195)

Scribitur et titulus, *Hic est rex Judeorum,*
Quo nihil a deitate vacet: nam coelitus actum
Hoc Hebrae referet, hoc Graeca, Latinaque lin-
(guia;
Hoc docet una fides, unum ter dicere regem.

Hujus in exuvii sors mittitur, ut sacra ves-
(tis, 200)

Intemerata manens, a Christo schisma vetaret.

Quin etiam insontis latere ex utroque cruentos
Constituere viros, meritum licet omnibus unum
Non faciat similis quambis sententia; namque
Inter carnifices sancto pendente latrones, 205
Par est poena trium, sed dispar causa duorum.

Hi mundo sunt quippe rei pro crimine multo;
Huic reus est mundus salvatus sanguine justo.
Supplicisque tamen rerum dominator in ipsis
Jura potestatis non perdidit: aequus utrumque 210
Judex namque tuens, hunc eligit, hunc repro-
bavit,

199 *Ter, ad trinitatis misterium refertur.*

Amborum merita praececlo examine pensans,
Unus enim, quem vita ferox nec morte reliquit,
In Dominum seclerata movens convicia, dictis
Mordebat propriis, et tanquam setiger hircus 215
Ore venenoso vitem lacerabat amoenam;
Alter adorato, per verba precantia Christo,
Saucia dejectus flectebat lumina (tantum
Lumina, nam geminas arecebant vincula palmas.)
Quem Dominus, ceu pastor ovem deserta per
arva 220

Colligit errantem, secumque adducere gaudet
In campos, paradise, tuos, ubi flore perenni
Gramineus blanditur ager, nemorumque voluptas
Irriguis nutritur aquis, interque benigne
Conspicuus pomis non decipientibus hortos 225
Ingemit antiquum serpens habitare colonum.

215 *Proprius, pro suis, causa cadentiae in latinitate utitur.*

118 *Defensus, id est, in animo.*

223 *Pro nemora laeta.*

226 *Ingemit serpens ille tartareus, antiquum sine lapsu degere jam colonum, sic paraphrase. Serpens, id est, demon «Craco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus»*

Ambo igitur varium diverse calle latrones
Aggressi facinus, violentum, grande patrarunt:
Infernus adit ille fores, adit iste supernas;
Ille profunda sequens penetravit claustra gehen-

(nae, 230)

Abstulit iste suis coelorum regna rapinis.

Interea horrendae subito venere tenebrae,
Et totum tenuere polum, moestisque nigrantem
Exequis texere diem; sol nube coruscos
Abscondens radios, tetro velatus amictu, 235
Delituit, tristemque infecit luctibus orbem.
Hunc elementa sibi metuerunt cernere vultum,
Auxiliis orbata patris, luetata per ortum,
Moesta per occasum. Nam lux ut tempore fulsit
Nascentis Domini, sic, hoc moriente, recessit, 240
Non absens mansura diu, sed mystica signans
Per spatium secreta suum; quippe ut tribus horis
Caeca tenebrosi latuerunt sidera coeli,

(Apocalypse, XII, 9.)

237 *Vultum, pro aspectum seu faciem (orbis obscurati)*

242 *Spatium suum, intervalo quo mensura fuit.*

Sic Dominus clausi triduo tulit antra sepulcri.
Nec tellus sine clade fuit, quae talia cernens 245
Funditus intremuit, dubioque in fine supremum
Expavit natura modum, ne eogeret omnem
Summus appex inferna petens succumbere molem,
Auctoremque sequens per tartara mundus abiret.
Sed Pietas immensa vagas properabat ad um-

(bras, 250)

Perdita restituens, non consistentia perdens.

Nulla tamen tanti metuerunt signa pericli,
Qui Dominum fixere cruci; quin insuper haustum
Cum peteret sitiens, unus de plebe nefanda
Peniculo infusum calamo porrexit acetum. 255
Mamzeribus populis in deteriora volutis
Conveniens liquor ille fuit; nam dulcia vina
Sicut in horrendum dum convertuntur acetum,
A mensis projecta jacent: ita tempore prisco
Gens accepta Deo, nunc est odiosa propago. 260
Ergo ubi cuncta boni completa est passio Christi,

247 *Modum (sibi positum)*

256 *Mamzeres, ignominiosum nomen quod
ab auctore iudeis datur. Lex Deuter. dicit: Non
ingredietur manzer, id est scorto natus, in eccl-
esiā Domini (Deuteronom. PXIII, 2.)*

Ipse animam proprio dimisit corpore sanctam,
 Ipse iterum sumpturus eam, quia mortuus idem,
 Idem vivus erat, membris obeuntibus in se,
 Non obeunte Deo, cuius virtute retrorsum 265
 Infernae patuere viae, ruptaeque fatiscent
 Divisa compage petrae, rediviva jacentum
 Corpora sanctorum fractis abidere sepuleris,
 In cineres animata suos; subitoque fragore
 Illud obans templum, majoris culmina templi 270
 Procubuisse videns, ritu plangentis alumni,
 Saucia disciso nudavit pectora velo,
 Interiora sui populis arcana futuris
 Jam reseranda docens, quia lex velamine Moysi
 Teeta diu, Christo novis veniente, patescit. 275
 Dic ubi nunc, tristis, victoria, dic ubi nunc sit,
 Mors, stimulus, horrenda, tuus? quae semper
 (opimis)
 Insaturata malis, cuctas invadere gentes

278 Avienus dixerat etiam: noverca insatu-
 rata odiis.

265 *Retrorsum, pro redita.*

272 *Pulchra translatio ab iis petita, qui in
 suorum funere nuda it pectora, scindunt vesti-
 menta.*

Poenali ditione soles. En pessima, non tu
 Pervenis ad Christum, sed Christus pervenit ad
 (te, 280
 Cui licuit sine morte mori, quique omnia gignen s
 Omnia constituens, te non formavit; ut esses,
 Semine vipereo, culpa genitrice crearis,
 Et, venia regnante, peris. Jam spiritus artus
 Liquerat ad tempus, patulo jam frigida ligno 285
 Viscera pendevant, et adhuc furor, arma minis-
 (trans,

Cuspide perfossum violat latus: eque patenti
 Vulnere purpureus crux et simul unda cucurrit.
 Haec sunt quippe sacrae pro religionis honore,
 Corpus, sanguis, aqua, tria vitae munera nos-
 (trae. 290

Fonte renascentes, membris et sanguine Christi
 Vescimur, atque ideo templum deitatis habemur:
 Quod servare Deus nos annuat immaculatum,
 Et faciat tenues tanto mansore capaces.

282 *Sapient. I, 13: Dominus mortem non
 fecit.*

286 *Viscera, poetice pro corpus.*

Concepit tellus: mox hinc (mirabile dictu)
 Tertia lux iterum, terris superisque tremendum
 Extulerat ramum, vitali fruge beatum.
 Sed bis vicens firmatus et ille diebus 15
 Crevit in immensum, coelumque cacumine summo
 Contigit, et tandem sanctum caput abdidit alto
 Dum tamen ingenti bissenos pondere ramos
 Edidit, et totum spargens porrexit in orbem;
 Gentibus ut cunctis victum vitamque perennem 20
 Praeberet, mortemque mori qui posse docerent.
 Expletis etiam mox quinquaginta diebus,
 Vertice de summo divini nectaris haustum
 Detulit in ramos coelestis spiritus aurae:
 Dulci rore graves manabant undique frondes. 25

Ecce sub ingenti ramorum tegminis umbra
 Fons erat: hic, nullo casu turbante, serenus,
 Perspicuis illimis aquis, et gramina circum
 Fundebant laetos vario de flore colores.
 Hunc circum innumerae gentes populique coi-
 bant, 30

V.
 ALEGORIA.
 DE LIGNO VITAE.

Est locus ex omni medius, quem cernimus, orbe;
 Golgotha Judaei patrio cognomine dicunt:
 Hic ego de sterili succisum robore lignum
 Plantatum memini fructus genuisse salubres.
 Non tamen hos illis, qui se posuere, colonis 5
 Praebuit: externi fructus habuere beatos.
 Arboris haec species uno de stipite surgit,
 Et mox in geminos extendit brachia ramos:
 Sicut plena graves antennae carbasa tendunt,
 Vel cum disjunctis juga stant ad aratra juven-
 (cis. 10
 Quem tulit, hoc primo maturo semine, lapsum

*1 Dicitur (Golgotha) esse medium terrae,
 hic est victoria signum.*

*10 Disjunctis juvencis, id est, jugum non
 ferentes.*

*11 Lapsum, vere refertur ad peccatum pri-
 mi parentis. Quem tulit ex primo naturae se-
 mine, statum natnale hominis ad statum gra-
 tiae opositum.*

13 Resurrectio.

15 Assentio.

18 Apostoli duodecim.

23 Sancti Spiritus effusio.

27 Ecclesia D. N. J. Cristi.

T. III.—4.

Quam varii generis, sexus, aetatis, honoris!
 Innuptae nuptaeque simul, viduaque, nurusque.
 Infantes, puerique, viri, juvenesque, senesque.
 Hic ubi multigenis flexos incumbere posmis
 Cernebant ramos, avidis attingere dextris 35
 Gaudebant madidos coelesti nectare fructus:
 Nec prius hos poterant cupidis decerpere palmis,
 Quam lutulenta viae vestigia foeda prioris
 Detererent, corpusque pio de fonte lavarent. 40
 Ergo diu circum spatiantes gramine molli,
 Suspiciunt alta pendentes arbore fructus:
 Tum si quis ex ilis delapsa putamina ramis
 Et dulces, multo rorantes nectare, frondes
 Vescentur, veros exoptant sumere fructus. 45
 Ergo ubi coelestem ceperunt ore saporem,
 Permutant animos, et mentes perdere avaras
 Incipiunt, dulique hominem cognoscere sensu.
 Insolitum multis stomachum movisse saporem
 Vidimus, et fellis commotum melle venenum 50
 Regecisse bonos, turbata mente, sapores:
 Aut avide sumptum non diduxisse, diuque

³⁴ *Incumbens, inclinare.*

³⁹ *Via prior, idolatria.*

⁴⁶ *Ore, vel ora.*

⁵² *Diduxisse, pro dilexisse.*

Et male potatum tandem evomuisse saporem.
 Saepe quidem multi, renovatis mentibus, aegros
 Restituere animos; et quae se posse negabant, 55
 Pertulerunt, fructumque sui cepere laboris.
 Multi etiam sanctos ausi rontingere fontes,
 Discussere iterum subito, retroque relapsi,
 Sordibus et coeno misti voluntur eodem.
 Multi vera bono portantes pectore, totis 60
 Accipiant animis, penitusque in viscera condunt,
 Ergo qui sacros possut accedere fontes,
 Septima lux illos optatas sistit ad undas,
 Tingit et in liquidis jejunos fontibus artus.
 Sic demum illuviem mentis, vitaeque prioris 65
 Deponunt labem; purasque a morte reducunt
 Illustres animas, coelique ad limen ituras.
 Hinc iter ad ramos et dulcia poma salutis;
 Inde iter ad coelum per ramos arboris altae.
 Hoc LIGNUM VITAE est cunctis credentibus

Amen. 70

⁶⁷ *Vers. de Virgil, sumptum. En. VI.758*

VI.

COELUM, ID EST, VITA ETERNA,
EST OMNI BONO CHRISTIANO, VERA
RETRIBUTIO.

SEDULIUS.

(*Carmen Pascha. I. v. 337-354.*)

In signo sacrata erucis vexilla coruscant:
En Regis pia castra micant, tuba clamat herilis,
Militibus sua porta patet; qui militat, intret:
Janua vos aeterna vocat, quae janua Christus.
Aurea perpetuae capietis praemia vitae, 5
Arma quibus Domini tota virtute geruntur,
Et fixunt est in fronte decus. Decus armaque por-
to,
Militiaeque tuae, bone Rex, pars ultima resto.
Hic propriae sedes: hujus mihi moenibus urbis
Exiguam concede domum, tuus incola sanctis 10

1 Post Constantinum, vexillae crucis signo
ornatae fuerunt.

4 Ego sum Ostium.... J. X. 9.

9 Proprius, id est, verus et permanens.

THEOLOGIA CHRISTIANA.

53

Ut merear habitare locis, alboque beati
Ordines extremus conseribi in saecula civis.
Grandia posco quidem: sed tu dare grandia nosti;
Quem magis offendit, quisquis sperando tepescit.

Christe, fave botis, qui mundum in morte ja-
centem 15

Vivificare volens, quondam terrena petisti
Coelitus, humanam dignatus sumere formam,
Sic aliena gerens, ut nec tua linquere poses.

VII.

THEOLOGIAE CHRISTIANAE SUMA.

S. PRUDENCI.

[*Contra Symmachum, II, 69-269.*]

Allegat morem veterum: nil dulcius esse
Affirmat solitis, populosque hominesque teneri
Lege sua, Sieut variae nascentibus, inquit,
Contingunt pueris animae: sic urbibus afferunt
Hora diesque suum, cum primum moenia sur-
gunt, 5

11 Idolium, sine quantitatis regula.

Aut fatum, aut genium, cuius moderamine reg-
(nent.

Addit et arcanum rerum, verique latebras
Prosperitate aliqua deprendi posse, secundi
Per documenta boni, si sint felicia quae quis
Experiendo probet: cessisse parentibus omne 10
Idolium semper feliciter et pede dextro.
Enumerat longi vim temporis: exitat ipsam
Crinibus albentem niveis, et fronte vietam,
Ore reposcentem querulo sua numina Romam:
«Libera sum, licet proprio mili vivere more. 15
Et quis erit qui mille meos reprehenderit annos?
Uno omnes sub sole siti, vegetamur eodem
Aere: communis cunctis viventibus aura.
Sed, quid sit, qualisque deus, diversa secuti,
Quaerimus, atque viis longe distantibus, unum 20
Imus ad occultum. Sunis est mos cuique genti;
Per quod iter properans eat ad tam grande pro-

(fundum.)

*Fides christiana tenet: Unum esse Deum, Unum.
Deum esse eternum, qui etiam reddituri nos
eternales, si a rebus consumptilibus abs-
tracti sumus.*

His tam magnificis tantaque fluentibus artes,

Respondet vel sola Fides, doctissima primum
Pandere vestibulum verae ad penetralia sectae. 25
Nam, cum divinis agimus de rebus, et illum,
Qui vel principio caruit vel fine carebit,
Quique chao anterior fuerit, mundumque crearit,
Conjectare animo contendimus, exigua est vis
Humani ingenii, tantoque angustâ labori: 30
Quippe minor natura aciem si intendere tentet
Aerius, ac penetrare Dei secreta supremi,
Quis dubitet victo fragilem lassescere visu,
Vimque fatigatae mentis sub pectore parvo
Turbari invalidisque hebetem succumbere cu-
(ris? 35

Sed facilis fidei via provocat Omnipotentem
Credere qui bona non tantum praesentia donat,
Sed ventura etiam longisque intermina saeculis
Promittit, ne totus eam resolutus inane
In nihilum, percamque brevem post luminis u.
(sum. 40

Munoris auctores ipso de munere pendas:
Æterna aeternus tribuit, mortalia confert
Mortalis; divina Deus, peritura caducus.

25 Sectae, Doctrinae.

36 Provocat, pro invitat.

010044

Omnia quae tempus peragit, quaeque exitus au-
feret,

Vilia sunt brevitate sui, nec digna perenni 45
Largitore: cui propria est opulentia, nunquam
Desinere, idque homini dare, quod non desinat
(unquam).

Nan si corruptum; corrumpendumve Deus quid
Praestat, habetque nihil, quod sit pretiosius istis
Pauper, et infirmus, et summo indignus honore 50
Et non omnipotens, sed inanis numinis umbra et
Hac ratione Fides sapienter conjicit, imo

Non dubitat, verum esse Deum: qui, quod sumus
(et quod

Vivimus, illaesum semper fore, si mereamur,
Nos sperare juvet. Coelestia si placet, inquit, 55
Scandere, terrenas animo depellite curas.

Nam quantum subjecta polo tellus jacet infra, 8,
Dividiturque ab humo convexi rogia coeli,
Tantum vestra meis distant mundana futuris.
Dira bonis, scelerata piis, tenebrosa serenis. 60

57 Et seq. Secundum Isaiam Prophetam.
LV, 9: Sicut exaltantur coeli a terra, sic exal-
tatae sunt viae meae a viis vestris, et cogitatio-
nes meae a cogitationibus vestris.

Quidquid obire potest, fugiatis, censeo: quidquid
Naturae ratione capit vitium, atque senescit,
Pro nihilo, in nihilum quia sunt redditura, putetis.

In creatione quidem dedit Deus naturae, orna-
menta pulchra et delectabilia; sed ipsi homini
praesepit, ne delectamentis tradaretur. Non
enim in sensualitate, sed in abstractione, vita
christiana sistit.

Cuncta equidem, quae gignit humus, quae con-
(tinet, ipse

Principio instituit, nitidoque insignia mundo 65
Ortamenta dedi, speciosaque semina finxi.
Sed tamen esse modo volui, parcisque fruenda
Moribus indulsi, quantum moribundus et aeger
Corporis ac vitae volueris sibi posceret usus:
Non ut captus homo studiis, et inaniter ardens, 70

66 Spec. pro pulchra. Semina, id est, arbo-
res et plantae.

67 Pro indulsi, id est, indulgenter permi-
si (seu dedi) fruenda hominibus parcorum mo-
rum, hominibus sobriis.

68 Moribundus et aeger usus, poetice, id
est. utilitas homini moribundo et aegro ex his
apienda.

Duceret omne bonum positum in dulcedine rerum
 Et specie tenui, quas currere tempore jussi;
 Atque aevum statui, sub, quo generosa probarem
 Pectora, ne torpens et non exercita virtus
 Robur enervatum gereret sine laude palaestrae. 75
 Illeccibrosus enim sapor est et pestifer horum,
 Quae, dum praeterirent, miro oblectamine mentes
 Implicitas viuetasque tenent: vincenda voluptas,
 Elaqueanda animi constancia, ne retinaculis
 Mollibus ac lentiis nexa et captiva prematur. 80
 Luctandum summis conatibus: inter acerba
 Sectandum virtutis iter; ne suavia fluxae
 Conditionis amet, nimium nec congerat aurum,
 Nec varios lapidum cupido spectare colores
 Ambitiosa velit: nec se popularibus auris 85
 Ostendet, pulchroque inflata timescat honore.
 Ne natale solum, patrii ne jugere ruris
 Tendat, et externos animum diffundat in agros,
 Et ne corporeis addicat sensibus omne,
 Quod vult, aut quod agit: ne praferat utile jus-
 (to, 90)
 Spemque in me omnem statuat, nunquam peritura,

72 Currere transmutari.
 83 Diffundat, pro extendat.

Quae dedero, longoque die mea dona trahenda.

*Actiones nostrae, cum Dei idea, relationem ha-
 bere deent, nec non, semper in eternum ten-
 dere, sublato timore Dei, humana societas cor-
 ruit.*

Haec igitur spondente Deo, quis fortis et acer,
 Virtutisque capax breve quidque perennibus in se
 Practulerit? vel quis sapiens potiora putarit 95
 Gaudia membrorum, quam vivae praemia mentis?
 Nonne hominem ac pecudem distantia separatuna.
 Quod bona quadrupedum ante oculos sita sunt;

(ego contra)

Spero quod extra aciem longum servatur in aevum?
 Nam, si tota mihi cum corpore vita peribit, 100
 Nec poterit superesse meum post funera quid-
 (quam,

Quis mihi regnator coeli? quis conditor orbis?
 Quis Deus? aut quae iam merito metuenda po-

(testas?)

Ibo per impuros fervente lividine luxus:
 Incestavo toros: sacrum calcabo pudorem: 105
 Inficiabor habens aliquod sine teste propinquai
 Depositum: tenues avidus spoliabo clientes:
 Longaevam perimam magico cantamine matrem;

Tardat anus dominum dilata morte secundum.
Nec formido malum: falluntur publica jura. 110
Lex armata sedet, sed necit crimen opertum,
Aut, si res pateat, judex corrumpitur auro.
Rara reos justa percillit poena securi.

Sed quid ego haec meditor? revocat Deus ecce

(eovera

Majestate minax: negat interitura meorum 115
Per mortem momenta operum. Non occidet, in-
(quit,
Interior, qui spirat, homo: iuet ille perenne
Supplicium, quod subjectos male rexerit artus.

*Punitio post mortem. Corporum resurrectio
per visibilia explicatur.*

Nec mihi difficile est liquidam circumdare
Naturam, quamvis perflabilis illa feratur 120
More Noti: capiam tamen, et tormenta adhibeo
Ipse incorporeus, ac spirituum sator unus.
Quit et corporibus parilis consortia poenae

109 *Vult dicere: nam mater anus longaevi-
tate sua me moratur, quominus bonorum ipsius
fiam dominus secundus.*

Decernam: possum quoniam renovare favilles
Antiquam in faciem, nec desperanda potetas: 125
Qui potui formare novum, reparabo peremptum.
Non desunt exempla mea virtutis: in ipsis
Seminibus natura docet revirescere cuncta
Post obitum: siccantur enim pereunte vigore,
Quo vixere prius; tunc sicca et mortua, sulcis 130
Aut foveis mandata latent, et more sepulcri
Obruta de tumulis redivivo germine surgunt.
Numquid nosse potes, vel conjectare, quis istud
Tam sollers opifex struat? aut quae vis agat intus?
Nil vos, o miseri, physicorum dogmata fallant 135
En ego gignendi dominus ac restituendi,
Quod pernit fluxitque, potens: arentia quaeque
In veteres formans aut flore aut fronde reduco.
Idque ipsum quandoque homini facturus, inani
Surgat ut ex cinere, structuraque pristina cons-

(tet: 140

Quae mihi pro meritis vel per tormenta rependat
Crimina, vel summae virtutis in arce coruscet:
Non peritura dehinc, quacumque in sorte mane-

®

*Unitas Dei, sua Omnipotentia, Duplex demons
tratio de polytheismi absurditate.*

Interea, dum mixta viget substantia in unum,
Sit memor auctoris proprii, veneretur et ore 145
Artificem submissa sum: non condidit alter
Halantis omniae figuraentur, et corporis alter;
Nec bona praesentis vitae numerosa gubernant
Numina. Non aliud sagetes et spicula farra
Suppeditat Deus, aut aliud dat musta racemis, 15.
Purpureumque gravi fundit de palmito succum.
Ipse ego sum, virides oleas pingueſcere baccis
Qui facio, Graja quas Pallide fingitis ortas,
Et qui lucinas tribuo nascentibus horas.
Unus ego haec clementa rego, nec mole labo-
(ris, 155

Ut miser infirmusve aliquis fragilisve, fatigor.
Lux immensa mihi est, et non resolubilis aetas,
Sensibus et vestris laud* intellecta vetustas.
Inde ministeriis ad tot moderamina mundi
Non egeo, nec participes sociosve requiro. 160
Porro autem angelicas legiones, quas mea fecit
Dextera, nosse meum est, et quae natura creatis

154 Horas lucinas, pro horas lucis seu vitae.

Subsistant, qualesque mihi serventur ad usus.

Tu, me praeteritu, meditaris numina mille,
Quae similes parere meis virtutibus, ut me 165
Per varias partes minuas: cui nulla recidi
Pars aut farma potest: quia sum substantia sim-
(plex,

Nec pars esse quo. Solis diviso rebus
Compositis factisque subest: me nemo creavit,
Ut scindi valeam. cunctorum Conditor unus. 170
Crede, quod ex nihilo formavi, pars mea non est.

Quod est verum Dei templum.

Quare age, mortalis, soli mibi construe tem-
(plum,

Meque unum venerare Deum. Caementa remitto,
Et quae saxa Paros secat, et quae Punica rupes,
Quae virides Lacedaemon habet, maquulosaque
(Synnas. 175

Nativum nemo scopuli mihi dedicet ostrum.
Templum mentis amo, non marmoris: aurea in illo
Fundamenta manent fidei: structura nivali
Consurgit te nitens; tegit ardua culmen
Justitia in: spargit sola picta rubenti 180
Flore pudicitia: pudor almuset atria servat.

Haec domus apta mihi est, haec me pulcherrima
(sedes

Accipit, aeterno coelestique hospite digna.

Nec novus hic locus est: fluxit mea gloria in ar-
(tus,

Et lux vera Dei: Deus illustravit alumnaam 185

Materiem, corpusque Parens habitabile fecit

Ipse sibi, placito ut posset requiescere templo.

*Primi hominis peccatum, et ejus, per Jesum
Christum reparatio.*

Condideram perfectum hominem, spectare su-
perna

Mandaram, totis conversum sensibus in me
Recto habitu, celoque situ, et sublime tue-
(tem: 190

Sed despexit humum, seque inclivit ad orbis

Divitias, pepulitque meum de pectore numen.

Restituendus erat mihi metu; submissus in illum

Spiritus ipse meus descendit, et edita limo

Viscera divinis virtutibus informavit. 195

Jamque hominem assumptum summus Deus in

(deitatem

Transtulit, ac nostro docuit recalescere cultu.

VIII.

PECATI ORIGO ET EJUS CONSE-
CUENTIAE.

PRUDENCE.

(Hamartigeniae v. 190—346.)

CAUSA PECATI, EST PRIMI HOMINIS
LAPSUS.

Inventor vitii non est Deus; angelus illud
Degener infami conceptus mente creavit:
Qui prius augustum radiabat sidus, et ingens
Ex nihilo splendor nutrito ardebat honore 4
Ex nihilo nam cuncta retro, factumque quod us-
quam est:

At non ex nihilo Deus, et Sapientia vera,

³ Radiabat (tamquam) sidus augustum: ex
nomine Lucifer. Vid. Isai. XIV. 12 et seq. ®

⁴ Angeli creati fuerunt, sicut ceterae creatu-
rae, ex nihilo.

⁵ Retro, id est, a principio.

T. III.—5.

Haec domus apta mihi est, haec me pulcherrima
(sedes

Accipit, aeterno coelestique hospite digna.

Nec novus hic locus est: fluxit mea gloria in ar-
(tus,

Et lux vera Dei: Deus illustravit alumnaam 185

Materiem, corpusque Parens habitabile fecit

Ipse sibi, placito ut posset requiescere templo.

*Primi hominis peccatum, et ejus, per Jesum
Christum reparatio.*

Condideram perfectum hominem, spectare su-
perna

Mandaram, totis conversum sensibus in me
Recto habitu, celoque situ, et sublime tue-
(tem: 190

Sed despexit humum, seque inclivit ad orbis

Divitias, pepulitque meum de pectore numen.

Restituendus erat mihi metu; submissus in illum

Spiritus ipse meus descendit, et edita limo

Viscera divinis virtutibus informavit. 195

Jamque hominem assumptum summus Deus in

(deitatem

Transtulit, ac nostro docuit recalescere cultu.

VIII.

PECATI ORIGO ET EJUS CONSE-
CUENTIAE.

PRUDENCE.

(Hamartigeniae v. 190—346.)

CAUSA PECATI, EST PRIMI HOMINIS
LAPSUS.

Inventor vitii non est Deus; angelus illud
Degener infami conceptus mente creavit:
Qui prius augustum radiabat sidus, et ingens
Ex nihilo splendor nutrito ardebat honore 4
Ex nihilo nam cuncta retro, factumque quod us-
quam est:
At non ex nihilo Deus, et Sapientia vera,

³ Radiabat (tamquam) sidus augustum: ex nomine Lucifer. Vid. Isai. XIV. 12 et seq.

⁴ Angeli creati fuerunt, sicut ceterae creatu-
rae, ex nihilo.

⁵ Retro, id est, a principio.

T. III.—5.

Spiritus et sanctus; res semper viva; nec unquam
Cœpta, sed aetrios etiam molita ministros.
Horum de numero quidam pulcherrimus ore,
Majestate ferox, nimiis dum viribus auetus 10
Inflatur, dum grande tunens sese altius effert,
Ostentatque suos licito jactantius ignes:
Persuasit, propriis genitum se viribus ex se
Materiam sumpsisse sibi, qua primitus esse
Inciperet, nascique suum sine principe cœp-
tum. 15
Hinc schola subtacitam meditabur gignere sectam,
Quae docet, et tenebris subitum micuisse tyra-
num:
Qui, velut aeterna latitans sub nocte, retrorsum
Vixerit, et tecto semper regnaverit aeo:
Æmulus, ut memorant, opera ad divina repen-
te 20

⁸ Eterios. id est. Spirituale:

¹³ Persuasit (sibi.)

¹⁶ Schola, Marcionitarum contra quos,
hoc poema a Prudencio scribitur. Subtacitam,
pro latentem, occultam.

¹⁷ Pro emicuisse exstisset.

¹⁸ Marcionitae dicebant, Prisopem malum,
id est, démon esse aeternum, sicut Deus.

¹⁹ Sicut in horatio legitur, occulto aeo.

Corrumpenda caput caligine protulit atra
Hoc ratio sed nostra regat: cui non licet unam
Infirmare fidem, sacro quae tradita libro est.
Nil, ait, absque Deo factum sed cuncta per ipsum,
Cuncta: nec est alius quisquam, nisi factus ab
ipso 25

Sed factus de stirpe bonus, bonitatis in usum
Proditus, et primo generis de fonte serenus.
Deterior mox sponte sua, dum decolor illum
Inicit invidia, stimulisque instigat amaris:
Arsit enim scintilla odii de fomite zeli, 30
Et dolor ingenium subitus conflavit iniquum.
Viderat argillam, simulacrum et structile flatu
Concaluisse Dei; dominum quoque conditioni
Impositum, natura soli pelagique polique
Ut famulans homini locupletem fundere par-
tum 35
Nosset, et effusum terre no addicere regi.

²⁷ Proditus, sinonim: de edito, in lucem
aditus.

²⁸ Decolor, Palidus.

³³ Condicio, in sensu creationis, in quoniam
enim loco dicitur, a die conditionis tuae.

³⁶ Clasice, meminisset pro nosset. Terre-
no, pro terrae.

Inflavit fermento animi stomachante tumorem
 Bestia deque acidis vim traxit acerba medullis,
 Bestia corde carens, cui tunc Sapientia longi
 Corporis enodem servabat recta juventam; 40
 Complicat ecce novos sinuoso pectore nexus,
 Involvens nitidam spiris torquentibus alvum.
 Simplex lingua prius, varia micat arte loquendi,
 Et discissa dolis resonat sermone trisulco.
 Hic natale caput vitiorum: principe ab illo 45
 Fluxit origo mali: qui se corrumpere primum:
 Mox hominem didicit, nullo informante magistro.
 Ultimus exitium, subverso praeside, mundus
 Sortitur, mundique omnis labefacta supellex:
 Non aliter, quam cum incautum spoliare vian-
 tem 50

37 Fermentum animi. stomaehans vult dis-
 cere animus ira fervens Horatio ipsis termini-
 irae censationem expresit, dicens: *Vae menin fer-
 venus difficile bile tumet jecur. Tumorem, pro-
 superbam.*

39 Bestia corde carens, serpens.

42 Provolvens.

44 Trisulco serpens enim hic prudentiam
 Emitit dixit Virg.

49 Supellec creaturae quae mundo supellec
 tilia sunt.

Forte latro agresus, praedae prius inmemor, ipsum
 Ense ferit dominum, pugnae nodunque moranque
 Quo pereunte trahat captivos victor amictus,
 Jam non obstanti locuples de corpore praedo.
 Sic homini subiecta domus (ditissimus orbis 55
 Scilicet in facilem, domino peccante, ruinam
 Lapsus) herile malum jam tunc vitiabilis hausit.

PECCATI CONSEQUENTIAE IN ORDINE
 MATERIALE.

Tunc lolium lappasque leves per adultera culta
 Ferre malignus ager glebis male pinguibus ausus
 Triticeam vacuis segetem violavit avenis. 60
 Tunc etiam innocuo vitolorum sanguine pasci,
 Jamque jugo edomitus rictu laniare juvencos,
 Occiso pastore, truces didicere leones;
 Necnon et querulis balatibus irritatus
 Plenas nocte lupus studuit perrumpere caulas. 64

53 Captivus dicitur rerum, captivum au-
 rum ebur, etc.

58 «Docent sancti Patres, terram post Adae
 peccatum maledictam fuisse, ut spinas et tribu-
 los ferret, nisi diligenter cura exoleretur.»

Omne animal diri callens sollertia furti
 Imbuit, et tortos acuit fallacia sensus.
 Quamvis maceris florentes ambiat hortos,
 Sepibus et densis vallentur vitea rura,
 Aut populator edet gemmantia germina bru-
 chus, 70
 Aut avibus discepta feris lacerabitur uva.
 Quid loquer herbarum fibras, medicante veneno
 Tinctas, letiferi fudisse pericula succi?
 Noxius in teneris sapor aestuat ecce frutetis,
 Cum prius innocuas tulerit natura cicutas, 75
 Roscidus et viridem qui vestit flos rhododaphnen
 Pabula lascivis dederit sincera capillis.
 Ipsa quoque oppositum destructo foedere certo

67 Tortos pro pravos.

72 Medicans, pro medicinale, late sumpto.
 Sicut dicuntur aquae medicantes quae in corpore
 aliquem bonum effectum exercen.

76 Mirum» (dit I Plini, Hist. nat. XXIV
 cap. 63) «folia rhododaphnes quadrupedum vene-
 num esse, homini vero contra serpentes praesi-
 dium.... Pecus etiam, et caprae, si aquam bibe-
 rent, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.»

Transcendent elementa modum, rapiuntque ru-
 unque
 Omnia, legirupis quassantia viribus orbem. 80
 Frangunt umbriferos aquilonum proelia lucos,
 Et cadit immodicis silva extirpata procellis.
 Parte alia violentus aquis torrentibus annis
 Transilit objectas, praescripta repagula, ripas,
 Et vagus eversis late dominatur in agris. 85
 Nec tamen his tantam rabiem nascentibus ipse
 Conditor instituit: sed laxa licentia rerum
 Turbayit placidas, rupto moderamine, leges.

PECCATI CONSEQUENTIÆ IN ORDINE
 MORALE: PASSIONUM FLUXUS;
 LUXURIA.

Nec mirum, si membra orbis concussa rotan-
 tur,
 Si vitiis agitata suis mundana laborat 90
 Machina, si terras lues incentivâ fatigat.
 Exemplum dat vita hominum, quo cetera pecent
 Vita hominum, cui, quidquid agit, vesania et ter-
 ror
 Suppeditant, ut bella fremant, ut fluxa voluptas
 Diffusat, impuro fervescat ut igne libido,

Sorbeat ut cumulos nummorum fauibus amplis
 Gurges avaritiae, finis quam nullus habendi
 Temperat, aggestis addentem vota talentis.
 Auri namque fames parto fit major ab auro;
 Inde seges scelerum, radix et sola malorum, 100
 Dum scatebras fluviorum omnes et operta metalla
 Eliquat ornatus, solvendi leno pudoris;
 Dum venas squalentis humi scrutator inepta
 Ambitio, scalpens naturae occulta latentis,
 Si quibus in foveis radiantes forte lapillos 105
 Rimata inveniat; nec enim contenta decore
 Ingenito, externam mentitur femina formam.
 Ac velut artificis Domini manus imperfectum
 Os dederit, quod adhuc res exigat aut hyacintis
 Pingere sutilibus redimitae frontis in arce, 110
 Colla vel ignitis sincera incingere sertis,

99 *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Juvenal.

100 *Radix omnium malorum avaritia.* S. Paul, I. Timoth. VI. 10.

110 *Sutilibus, «quia ex gemma consuantur filo argenteo aut aureo,» Iso.*

111 *Ignis. fulgor enim gemmarum per ignem designatur.*

Auribus aut gravidis viridis suspendere baccas.
 Nectitur et nitidis conearum calculus albens
 Crinibus, aureolisque riget coma texta catenis.
 Taedet sacrilegas matrum percurrende curas, 1154
 Muneribus dotata Dei quae plasmata fuco
 Inficiunt, ut pigmentis cutis illita perdat
 Quod fuerat, falso non agnoscenda colore.

Haec sexus male fortis agit: cui pectora in arc-

to

Mens fragilis facili vitiorum fluctuat aestu. 120
 Quid quod et ipse caput muliebris corporis et rex,
 Qui regit invalidam propria de carne resectam
 Particulam, qui vas tenerum ditione gubernat.
 Solvit in luxum? Cernas mollescere cultu
 Heroas vetulus, Opifex quibus aspera membra,
 125

115 *Matrum pro Matronarum. curas pro studia.*

116 *Formas vel facies.*

119 *Sexus infirmus.*

121 *S. Paul, I Corinth. XI, 3: Caput autem mulieris, vir.*

123 ** Viri quasi infirmiori VASCOLO muliebri impartientes honorem,* S. Pet. I Eph. III. 7.*

Finxerat, et rigidos duraverat ossibus artus.
Sed pudet esse viros: quaerunt vanissima quae-
que,
Queis niteant: genuina leves ut robora solvant,
Vellere non ovium, sed Eoo ex orbe petitia
Ramorum spoliis fluitantes sumere amictus 130
Gaudent, et durum scutulis parfundere corpus.
Additur ars, ut fila herbis saturata recotis
Illudant varias distincto stamine formas.
Ut quaeque est lanugo fere molissima tactu,
Pectitur. Hunc videas avium quoque versicolo-
rum 135
Indumenta novis texentem plumea telis:
Illum pigmentis redolentibus, et peregrino
Pulvere femineas spargentem turpiter auras.

ABUSUM TRISTE, AB HOMINE FACTUM DE SUIS SENSIBUS.

(Neque enim, dicit Tertul oculos ad concu-
piscentiam sumpsimus, et linguam ad malilo-

131. Perfundere, pro vestire vel induere.

135. Hic loquitur de eo quod appellatur opus
plumarium, id est, in avib[us] formosis.

quium, et aures ad exceptaculum maliloquii,
et gulam ad gulae crimen, et ventrem ad gulae
societatem, et manus ad vim, et gressus ad va-
gam vitam.)

Omnia luxus habet nostra vegetamina vita e
Sensibus in quinque statuens quae condidit auc-
tor. 140

Auribus atque oculis, tum naribus atque palato
Quaeritur infectus vitiosis artibus usus.
, pse etiam, toto pollet qui corpore, tactus,
IPalpamen tenerum blandis e fotibus ambit,
Proh dolor, ingenuas naturae occumbere lega,
145

Captivasque trahi regnante libidine dotes!
Perversum jus omne viget, dum quidquid haben-
dum
Omnipotens dederat, studia in contraria vertunt,
Idecircone, rogo, speculatrix pupula molli
Subdita palpebrae est, ut turpia semivirorum 150
Membra theatrali spectet vertigine ferri,
Incestans miseros foedo oblectamine visus?

143. Vel ut Cicero dicit. Tactus.....

Vut ideo spirant mediaque ex arce cerebri
 Demittunt geminas sociata foramina nares,
 Ut bibat illecebras male conciliata voluptas, 155
 Quas pigmentato meretrix jacit improba crine?
 Num propter lyricae modulamina vana puellae,
 Nervorumque sonos, et convivale calentis
 Carmen nequitiae, patulas Deus addidit aures,
 Jerque cavernosos jussit penetrare meatus 160
 Vocis iter? numquid madido sapor inditus ori
 Vivit ob hanc causam, medicata ut fercula pi-
 gram
 Ingluviem, vegetamque gulam ganeonis inescer?
 Per varios gustus instructa ut prandia ducat
 In noctem, lassetque gravem sua crapula ven-
 trem? 165
 Quid durum, quid molle foret, quid laeve, quid
 horrens,
 Quid calidum gelidumve, Deus cognoscere nos-
 met

157 Cantatrix.

158 Calentis, aliunde Incensae.

163 Medicata, sapor condimentis: Linea tex-
 ta, Tirus de lino, de quo divistes utebantur.

Attactu voluit, palpandi interprete sensu.
 At nos delicias plumarum et linea texta
 Sternimus, atque cutem fulcro attenuante poli-
 mus. 170

Felix, qui indulxit potuit mediocriter uti
 Muneribus, parcumque modum servare fruendi!
 Quem locuples mundi species et amoena venustas,
 Et nitidis fallens circumflua copia rebus
 Non capit, ut puerum, nec inepto addicit amo-
 ri: 175

Qui sub adumbrata dulcedine triste venenum
 Deprendit latitare boni mendacis operto.
 Sed fuit in quondam nobis santumque bonum
 que
 Principio rerum, Christus cum conderet orbem:
 Vedit enim Deus esse bonum: velut ipse Moyses
 180

Hi storicus mundi nascentis testificatur.
 «Vedit, ait, Deus esse bonum, quodcumque crea-
 vit.»
 Hoc sequar, hoc stabili conceptum mente tenebo,
 Inspirante Deo quod sanctus vaticinator

182 Gen. I. 10. 12. 18. etc.

Prodidit, antiquae recolens primordia lucis: 185
 Esse bonum, quidquid Deus et Sapientia fecit.
 Conditor ergo boni Pater est, et cum Patre Chris-
 tus

IX.

DOCTRINA CHRISTIANA DE PECATO-
LIBERO ARBITRIO ET GRATIA.

PRO S. PROSPERO.

(Carm. de ingratis, v. 575-615, 648-800,
 880-1,002.

*Liberum arbitrium per peccatum corruptum, re-
 probat rejectique gratiam, quae nobis
 in auxilium venist.*

Inviolata Dei quandam et sublimis imago
 In primo cuncti fuimus patre, dum nemore alio
 Degit, et edicto parens cavet arbore ab una.
 At postquam, rupta mandati lege, superbum
 Consilium mixtum invidiae de fonte recepit.

Corruit, et cuncti simul in genitore cadente. 5
 Corruimus: transcurrit enim virosa per omnes
 Pecati ebrietas, corrupti et cordis in alvo
 Persistit, cruda fervet carbunculus esca.
 Hinc animi vigor obtutus, caligine tetra
 Induitur, nec fert divinae fulgura lucis 10
 Lumen iners: hinc arbitrium per devia lapsum
 Claudicat, et caecis conatibus inque ligatis
 Motus inest, non error abest. Manet ergo volun-
 tas
 Semper amans aliiquid quo se ferat, et labyrin-
 tho
 Fallitur, ambages dubiarum ingressa viarum: 15
 Vana cupit, vanis tumet et timet; omnimodaque
 Mobilitate ruens in vulnера vulnero surgit.

7, 8. *Hi versiculi explicantur, in libro contra Cassianum, a S. Prospero inscripto ubi ipsae metaphorae ampleantur. cap. 9: (Arbitrium in prima transgressione) bibit omnium viliorum venenum, et totam naturam hominis intemperantiae suae ebrietate madefecit: inde priusquam edendo carnem Filii hominis, et bibendo sanguinem ejus, letalem digerat oritudinem, labitur memoria, errat iudicio, etc.*

Prodidit, antiquae recolens primordia lucis: 185
 Esse bonum, quidquid Deus et Sapientia fecit.
 Conditor ergo boni Pater est, et cum Patre Chris-
 tus

IX.

DOCTRINA CHRISTIANA DE PECATO-
LIBERO ARBITRIO ET GRATIA.

PRO S. PROSPERO.

(Carm. de ingratis, v. 575-615, 648-800,
 880-1,002.

*Liberum arbitrium per peccatum corruptum, re-
 probat rejectique gratiam, quae nobis
 in auxilium venist.*

Inviolata Dei quandam et sublimis imago
 In primo cuncti fuimus patre, dum nemore alio
 Degit, et edicto parens cavet arbore ab una.
 At postquam, rupta mandati lege, superbum
 Consilium mixtum invidiae de fonte recepit.

Corruit, et cuncti simul in genitore cadente. 5
 Corruimus: transcurrit enim virosa per omnes
 Pecati ebrietas, corrupti et cordis in alvo
 Persistit, cruda fervet carbunculus esca.
 Hinc animi vigor obtutus, caligine tetra
 Induitur, nec fert divinae fulgura lucis 10
 Lumen iners: hinc arbitrium per devia lapsum
 Claudicat, et caecis conatibus inque ligatis
 Motus inest, non error abest. Manet ergo volun-
 tas
 Semper amans aliiquid quo se ferat, et labyrin-
 tho
 Fallitur, ambages dubiarum ingressa viarum: 15
 Vana cupit, vanis tumet et timet; omnimodaque
 Mobilitate ruens in vulnера vulnero surgit.

7, 8. *Hi versiculi explicantur, in libro contra Cassianum, a S. Prospero inscripto ubi ipsae metaphorae ampleantur. cap. 9: (Arbitrium in prima transgressione) bibit omnium viliorum venenum, et totam naturam hominis intemperantiae suae ebrietate madefecit: inde priusquam edendo carnem Filii hominis, et bibendo sanguinem ejus, letalem digerat oritudinem, labitur memoria, errat iudicio, etc.*

Hoc itaque arbitrium cum sanat gratia, tolli
Dicitis, et perimi vita aspirante putatis.
Quid mirum rabido si corde phreniticus aeger 20
Morbum amat, et pellit medicinm? Cognoscite
tandem

Antiqui commenta doli, et desuescite captas
Aures vipereo rursum praebere susurro.
Parcite de fractis praecerpere noxia poma
Arbitrii ramis: non haec vos esca reformat, 25
Nec speciem angelici nutrit cibus ille decoris;
Sed vetitorum avidos, et tetra bile tumentes,
De fastidita procul abripit arbore vitae.
Hujus ope et fructu vescendum est, ut revalecens
Languida mens, etiam propriis bene viribus uti 30
Posit, et in Christo inveniat quod perdidit in se.

Non igitur, quisquis terreni veste parentis
Exueris, priscum naturae perdis honorem,
Sed recipis: sic acquirens quibus ante carebas,
Ut tua sint, si collatis utare modeste, 35
Et quod habes, hoc te acceptum fatearis habere.
Fons igitur meriti est lucis Pater; inde quod in nos

19 *Vita, En vivificam gratiae.*

23 *Vip. pro Serpentis.*

Fluxerit, hoc nobis majorum est causa bonorum,
Dum largitori sua reddimus, eque relatis
Augemur, nostrumque bonum fit gloria dantis. 40

MALA FIDES EORUM QUI DEUM
UT INJUSTUM ARGUUNT
QUOD ALIQUOS SIBI
ELEGERIT.

Non autem recte nec vere dicitur, illos
Qui sunt exsortes divini munieris, et quos
Gratia neglexit degentes mortis in umbra,
Peccati non esse reges, quia recta gerendi
Non data sit virtus. Naturae compede vinctos 45
Proculuisse negat, nec ab uno germine credunt
Omnigenam prolem cum poena et crimine nasci.
Quod qui non renuit, videt hujus pondera culpae
Tam valida pariter miseris incumbere mole,
Ut si nulla etiam cumulent mala, sit tamen unum

(hoe 50)

40. Vide licet et ex bonis, quae Deus largitur, ad ipsum relatis, seu haec bona ad largitatem referendo augemur ipsi, et danti a nobis delata gloria fit bonum nostrum.

6

Sufficiens scelus ad mortem nascendo luendam.
 Hanc igitur legem, quam per se nemo resolvit,
 Si merito et juste positam impositamque fatemur:
 Cur querimur quod non omnes solvantur ab illa?
 Cùm, si progeniem super omnem irrupta ma-
 neret, 55

De cunctis juste damnatis non quereremur,
 An quod de toto ferretur, non toleratur
 De parte? et melius foret omnia debita cogi,
 Quam summa ex solida clementer multa remitti?
 Quis vero exemptus squalenti carcere, pulset 60
 Invidia miserantis opem, quia non simul omnes
 In lucem veram tenebris eduxerit ipsis?
 Cùm poenam qua mersus erat, non experiatur
 Quam misere ferat addictus, nisi liber ab illa.

ECCLESIA NON CESSAT ORARE PRO
 IIS QUI SISTUNT ET ETIAM SIBI
 COMPLACENT IN SUA
 COECITATE

Denique tunc illum socialem mente benigna 65
 Concipit affectum, quo submissa prece Christum
 Conciliat misericordiam, sueta qui nocte gravati

Nulla gerunt vota effugii. Tantum nocet error,
 Ut juvet errare; et veteris contagia morbi
 Tam blande obrepunt, ut, quo languetur, ame-
 tur. 70

Unde ergo haec oritur querimonia? Non movet
 illos

Talis cura, quibus necdum est sua poena dolori,
 Et qui se nulla credunt a luce relictos.
 Qui vero tenebris exempti in lumine vivunt,
 Gaudent, et quantum sibi sit bonitate vocantis 75
 Dionissum, ex illis discunt qui debita solvunt.

SUPERBIA ET ERROR IMPIUS EORUM
 QUI OMNIA SUO LIBERO ARBITRIO
 ORDINARE VOLUNT EFFECTUS-
 QUE GRATIAE NEGANT.
 FIDES ECCLESIAE

Vos igitur soli queruli, solique superbi:
 Vos soli ingrati, quos urit gratia, cuius
 Omne opus arbitrio vultis subsistere vestro:
 Et quod non cuncti mortales atria vitae 80
 Ingrediuntur, ita ex ipsis pendere putatis,

70. Ut [is morbus] quo languetur.

Ut tam ex judicio constet cujusque quod intrat,
Quam quod non intrat, cœu par in utrumque fa-
cultas
Suppetat, et tam sit proprium bona quam mala
velle.

I proœul, insana impietas, artesque malignas 85
Aufer, et auctorem comitare exclusa Britanum:
Nos humiles tenuesque sumus grex parvus, et
altis
Innihi metuens, quia sufficientia nostra
Ex Christo est; si quid recti sapimus volum usque,
Illi debemus, qui vincula nostra resolvit. 90
Proque malis bona restituit, non inveniendo
Quod merito legeret, sed donans quo legeremur,
Ut de perceptis prodiret causa merendi;
Deque datis in danda gradus industria crescens
Scanderet, atque bonum fieret Deus omnibus u-
num. 95

92. *Non inveniendo [in nobis] quod elige-
ret merito. Legeremur correctio pro Legeretur.*

94. *Gradus pro progrediend:*

MIRARI NON DEBEMUS EO QUOD, DUM
HANC VITAM DEGIMUS, DOGMA
PRAEDESTINATIONIS SIT NO-
BIS OCCULTUM, CUM MULTA
ALIA ET MINUS ALTA NO-
BIS SINT AEQUE IGNOTA.

Cur vero humani generis de germe toto
Pars quaedam in Christo rursum generanda le-
gatur,
Pars pereat, cum causa eadem simul implicit
omnes,
Nec discernantur merito, qui munere distant;
Non satis audemus scrutari, nec per operatas 100
Ire vias, callesque grado pulsare remotos.
Multæ etenim bene tecta latent, nesciaque pro-
sunt,

Dum mansueta fides quaedam dilata modeste
Sustinet, et nullo ignorat non edita damno.

99. *Munere pro dono [gratiae].* ®

102. *Bene pro recte, Sapienter.*

104. *Edita pro patefacta.*

Sic quando electum ex cunctis populum Deus
unum 105
Lege, sacris, templo, unguento, signisque fo-
vebat;
Quod fuit occultum, mundique in fine reiectum
est,
Non oberat nescire omnes quandoque vocandas
In regnum aeternum gentes, totumque per orbem
Donandum quod spes parvae tunc plebis habe-
bat. 110
Sic postrema dies, qua mundi clauditur aetas,
Notitiae nostrae non est data; nec tamen hujus
Secreti impatiens sanctorum turba laborat.
Ipsa quoque humani generis carnalis origo,
Quam multas vario circumtegit ordine cau-
sas! 115
Cunque omnes de fermento producat eodem
Una manus, nec diversis elementa parentum
Principiis coeant; limo procedit ab uno
Dispar opus, mutat numeros per vascula fector,
Materiamque unam discernit jure creantis. 120
Ergo eadem natura animae naturaque carnis
Diversis mundum sub conditionibus intrat:
His regnare datum est illos servire necesse est;

Hos decor, et vires validae, viridisque senectus
Suscepit, hos species in honora et debile cor-
pus: 125

His viget ingenium praeclaris artibus aptum,
Horum tarda premit gelidus praecordia sanguis;
Hunc mitem et placidum tranquilla modestia co-
mit,

[Asperitas istum genii intractabilis urget.]

His et mille modis semen variantibus unum, 130
Impariles subeunt distincta exordia formas:
Nec tamen haec inter tam compugnantia quis-
quam

Arguit auctorem, qui secum continet hujus
Legem operis, dum judicio explicat aequo,
Et rerum causas obscurat justa potestas. 135

Si terrenum igitur pigmentum addictaque morti
Progenies, ita dissimili productur ortu,
Ut cum operis species pateat, tamen edita non sit
Norma voluntatis, de qua venit hic modus impar;
Quid mirum si consilii super omnia magni 140

107. In mundi fine pro in ultima aetate
mundi.

129. Versum ab editoribus additum.

Arcanum latet et placito subducitur alto?
 Quod dum vana fluunt mundi, dum in corpore
 mortis
 Vivitur, et positi expletur certamen agonis,
 Non cognoscendum texit Deus utiliusque
 Duxit ad examen quaedam velare piorum. 145
 Non ergo instamus clavis, nec operta procaci
 Urgemus cura: satis est opera Omnipotentis
 Cernere, et auctorem cunctorum nosse bonorum;
 Quo sine nil rectum mens inchoat. Audeat amens
 Impietas tumulo arbitrio subnectere causas 150
 Divinorum operum: nos cum manifesta videmus
 Dona Dei, quorum est fons unus summa voluntas,
 Cum Paulo tremuisse juvat, stupidumque mo-
 deste
 Invictum ad solium Christi suspendere nutum:
 Cujus judicium sic inscrutibile et altum 155
 Dicimus, ut vera prorsus fateamur et aequum:

143. *Dicitur ponere certamen, quaestio-*
nem &c., pro proponere.

145. *Examen piorum.* Utetur genitivo in
 sensu passivo: *ut pii [hac re] examinentur et*
probentur.

Nam meritum ad mortem subeundam sufficit u-
 num
 Ad vitam, nisi quod donarit gratia, nullum.

EXORTATIO FIDELIBUS DIRECTA.
 PROFUNDUS ERROR ET INFELI-
 CITAS HAERETICORUM QUI.
 GRATIAM IMPUGNANT.

Tu vero, o nova gens, veteris quae stirpe o-
 leastri

Velleris, et sacrae ramis inolescis olivae, 160
 Quaerere formatae sentis te frondis honorem,
 Non studio cepisse tuo, sed jure potentis
 Agricolae insertam foecundo vivere ligno:
 Vince superborum fatus, et vana furentum
 Turbinibus stabili fortis pietate resiste. 165
 Nullum ex his errare neges. Licet in cruce vitam
 Ducant, et jugi afficiant sua corpora morte,
 Abstineant opibus, sint casti, sintque benigni,
 Terrenisque ferant animum super astra relictis:
 Si tamen haec propria virtute capessere quem-

164. *Vana* loco adverbii. [quam 170]

Posse putant, sitve ut dignus labor iste juvari,
 Ingenium meruisse aiunt bona vera petentis:
 Crescere quo cupiunt, minuuntur: proficiendo
 Deficiunt; surgendo cadunt; currendo recedunt.
 Unde etenim vani frustra splendescere qua-
 runt, 175
 Inde obscurantur: quoniam sua, laudis amore,
 Non quae sunt Christi quaerunt, nec fit Deus illis
 Principium, et capiti non dant in corpore regnum.
 Non horum templo est Christus petra funda-
 mentum:
 Sed super instabilem arbitrii nutantis arenam 180
 Assurgunt, foeda lapsuri mole tumoris.

Isti quem quidam reprobarunt aedificantes,
 Nunc etiam reprobant lapidem, pariesque sine
 ipso

178. Caput Christus, ad Ephes IV. 15

et alibi.

179. I. Corinth X. 4. Et III. 11.

180. Matth. VI. 26.

*182. Psalm CXVII, 22, Matth. XXI,
 42, &c.*

Tertius esse volunt, quem nullo foedere necat
 Angulus, et quem nulla habeat compago liga-
 tum. 185

Hi thalamum ad sponsi non perducuntur, et in-
 trant

Libertate sua: quae Christi gratia confert,
 Non acceperunt et habent: non attrahit illos
 Vis Patris ad Verbum, sed sponte et praepete
 cursu

Praeveniunt cessantis opem: nec ad omne geren-
 dum 190

Ejus egent, sine quo sibi plurima posse videntur.

*184. Ephes. II, 14: Christus enim pax nos-
 tra, qui fecit utraque unum, et medium parietem
 maceriae solvens, inimicitiias in carne sua, &c.*

186. Cantic. I, 3.

*188. Quid habes quod non accepisti? I. Co-
 rinth. IV. 7. Praeterea Ioann. VI, 44. Ne-
 mo potest venire ad me nisi Pater qui misit me,
 traxerit illum.*

*191. Sine me nihil potestis facere Joann.
 XV, 5.*

SINE ORIGINALI PECCATO NOSTRA
QUIDEM VOLUNTAS ET MODUS NOS
GERENDI SUFFICERENT UT NOS
AD DEUM CONVERTEREMUR.

Jam si nunc etiam illaesis vigor ille maneret,
In quo insons natura fuit; sua quemque voluntas
Conciliare Deo poenaque absolvere posset:
Nequicquam Christus mortem moriendo pia-
ret, 195
Peccatum et mundi sanguis non tolleret Agni,
Nec genus humanum generari rursus egeret
Conditione nova: quoniam sapientia sana,
Sana fides, sanum arbitrium, mens libera morbo,
Vitam agerent dignam summorum participa-
tu. 200

MAGNITUDO CASUS NOSTRI AESTI-
MARI POTEST JUXTA MAGNITU-
Dinem Medii quo Deus ad nos-
TRAM RELEVATIONEM USUS EST.

Sed prostrata semel, quanto natura profundo
Immersa, et quantae sit mole oppressa ruinae:

*202. Supple post hoc versum hinc intelligi
potest quod Verbum &c.*

Verbum homo fit, rerumque sator sub conditione
Servilis formae dignatur virgine nasci,
Inque infirmorum cunctos descendere sensus: 205
Vexatur virtus, sapientia ludificatur:
Justitia injustos tolerat, clementia saevos:
Gloria contemptum subit, et tormenta potestas;
In que crucis poenam nulli violabilis usquam
Vita agitur; cuius perimatur morte peremp-
tor, 210
Justo ut pro injustis effuso sanguine, sit mors
Unius insontis multorum vita reorum.
Hoc igitur pretio captivi cùm redimuntur,
Agnoscant quali conclusi carcere, quove
Obsessi fuerint morbo; quibus eripiendis 215
Succurri haud aliter potuit quam morte medentis

NON EST ULLA PROPORTIO INTER ID
QUOD BONI IN NOSTRO LAPSU SER-
VAVIMUS ET AMBITIONES LIBERI
ARBITRII NOBIS A DEMONE
INSTIGATAE.

Et quia de magnis opibus nonnulla supersunt,
Quac decorent nudos, et quae solentur egenos:

Non ita pro summis oblectent ultima lapsos,
Ut de suppicio tumeant, atque ordine ver-
so, 220

Quo sunt effecti miseri, sint inde superbii;
Aut cum hebetes visus longa ex caligine tandem
[In coelum attollunt, et vera luce fruuntur;]
Naturae hoc potius libertatique volendi,
Quam Christo tribuant, ne scilicet evanesceret 225
Arbitrii virtus, si desit recta legendi.

Hoc patribus primis mortis sator insinuatus
Concilio est: hac arte omnes prostravit in uno,
Dum suadet multo praestantius esse quod ipsis,
Non tribuente licet Domino, sponderet haben-
dum 230

Prudens libertas, vetitoque instructa cupido:
Quae nunc per veteris serpens vestigia fraudis,

*219. Pro summis hoc est quasi summa es-
sent.*

223. Versum additum ab editoribus

226. Si desit repeate virius.

227. Passivum in hoc sensu insinuavit se

232. Construe per quae vestigia fraudis ve-
teris nunc etiam serpens studet.

Decepto simili studet inflammare furore:
Ut, quoniam pulchrum est veris impendere cu-
ram,

Justitiaeque avidos bona nosse et velle salubre
est, 235

Suadeat ingenio cujusque hoc lucis inesse,
Ut naturali mens vivida mobilitate,
Non spirante Deo, Christi exardescat amore,
Utque ita salvatrix nil gratia conferat istis,
Sed referat, pretioque bonos, non munere di-
tet. 240

HOMO RENOVATUS PER GRATIAM
FACTUS EST MEMBRUM
JESU-CRISTI.

His de seminibus multo jam plura oriuntur,
Et frumenta inter primo turgentia lacte,
Spinis fulta subit seges horrida zizaniorum.

Sed nos qui Domini semen sumus, agricoleaque
Stamus ope, et supera perflatii vivimus au-
ra, 245

238. Pro aspirante.

Viperei calicis gustum procul excutiamus;
 Diviniqne operis constanter confiteamur
 Figmentum nos esse novum, quod prorsus ab illa
 Stirpe vetustatis discretum est atque recisum,
 Et jam sit penitus carnis originis exsors, 250
 Qui membrum est Christi, capitisque in corpore
 vivit:
 A quo subjectos vigor omnis manat in artus;
 Et sic quaeque suo vegetantur in ordine partes,
 Ut quod agunt, et dispositis quod motibus ex-
 plent,
 Ex illo possint, qui summa atque ultima pa-
 cans, 255
 Ut nos insereret summis, se miscuit imis.

COMPARATIO LIBERI ARBITRII ET
 VILIJM EJUS FRUCTUUM AD DEI
 GRATIAM ET JUSTITIAM BONIS
 OPERIBUS FOECUNDISSIMAS.

Conticeant igitur qui dicunt esse cavendum
 Ne desit sanctis sumendae causa coronae,

251. *Vide. 178.*

255. *Coelestia atque terrena, divina et hu-
 mana inter se concilians.*

Si non ipsorum bona repperiantur in illis.
 Hoc etenim tumida nimis impietate docentes, 260
 Quid nisi justitia nos et virtute Deoque
 Dispoliare volunt? ne lux in nocte coruscat.
 Languida ne in vires redeant, ne mortua vivant.
 Sed nobis summo verorum a fonte bonorum
 Haurire haec, supero et semper splendore ni-
 tere, 265
 Gloria sit; non spes in foeni flore caduco.
 Sicut enim palmes nullos valet edere fructus
 Non in vite manens, quae de radice ministra
 Succum agat in frondes, et musto compleat
 uvas:

Sic infaecundi virtutum, et fruge carentes 270
 Perpetui cibus ignis erunt: qui vite relicta
 Audent effusa de libertate comarum
 Fidere ne Christi sint ubertate feraces:
 Et mage se credunt propriis excellere posse,
 Quam si virtutum placitarum sit Deus auc-
 tor. 275

Viles ergo putent se deformesque futuros,
 Cum transformatis fiet Deus unica sanctis

270, 271. *Matth. III. 10, etc.*

Gloria; corporei nec jam pressura laboris
Conteret incertos, sed in omnibus omnia sem-
per 279
Christus erit. Quod si pulchrum et super om-
nia magnum est,
Cur pudet hac etiam fletus in valle potentes
Esse Deo, minimumque operis mortalis habere
(Quod non est nisi peccatum), quo discrucietur
Libertas, ad quam solam male gesta recurrunt?

**LIBERUM ARBITRIUM NON EST VERE
LIBERUM NISI CUM SANCTIFICA-
TUM EST PER GRATIAM: AB
HAC HABET VERAM LI-
BERTATEM, LIBERTA-
TEM IN DEO.**

Et tamen in sanctos animum cum intendimus
actus,
Cùm desideriis carnis mens casta repugnat, 287
Cùm tentatori non cedimus, et per acerbas
Vexati poenas, illaeso corde manemus;

279. *I Corinth.*

Libertate agimus, sed libertate redempta,
Cui Deus cst rector, summoque ex lumine lu-
men, 290
Vita, salus, virtus, sapientia: gratia Christi est,
Qua currit, gaudet, tolerat, cavet, eligit, instat,
Credit, esperat, amat, mundatur, justificatur.

**EFFECTUS HUJUS LIBERTATIS
PER GRATIAM.**

Si quid enim recti gerimus, Domine, auxiliante
Te gerimus; tu corda moves; tu vota peten-
tis 295

Quae dare vis, tribuis, servans largita, creansque
De meritis merita, et cumulans tua dona coro-
nis.

Non autem hoc curram minui, studiumque resolvi
Virtutum, aut opus ingenii torpere putandum
est,

Quod bona sanctorum tua sunt, et quidquid in
illis 300

Aut sanum aut validum est, de te viget: ut vi-
deatur

Nil actura hominis, te cuncta gerente, voluntas:

Quae sine te quid agit, nisi quo procul exsulet
a te?

Praecipites semper calles, et devia motu 305

Ingressura suo: nisi fessam, tu bone, et aegram

Suscipias, referas, foveas, tuearis, honestes.

Tunc fiet cursus velox, cculique videntes'

Libera libertas, sapiens sapientia, justum

Judicium, et fortis virtus, et sana facultas.

Hujus opis semper, Pater, indigemus: ab ip-

sa 310

Prodeat arbitrium nostrum; nihil hac sine sensus

Corporei possint, opus ut servile quiescat.

Et tua dum in nobis agitur, non nostra voluntas,

Legitima in sanctis ducamus sabbata festis.

XIII S. PAULINUS DE NOLA.

PARAPHRASIS PSALMI I.

(Poema VII.)

Beatus ille, qui procul vitam suam

*1 ad 4 Beatus vir qui non abiit in consilio
impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in
cathedra pestilentiae non sedit*

Ab impiorum segregarit coetibus,

Et in via pecantum non manserit,

Nec in cathedra pestilentii sederit:

Sed corde toto fixus in legem Dei

5

Praecepta vitae nocte volvit et die,

Mentemque castis institutis excolit.

Erit ille ut arbor quae propinqua flumini,

Humore ripae nutritio pascitur,

10

Suoque fructum plena redet tempore,

Et, fronde nunquam defluente, pervirens

Stabit perenni vividum lignum coma.

Non haec iniquos prosequetur gloria,

Sed ut favillam pulveris ventus rapit,

15

Sic ira iniquos verret a vultu Dei.

*5 ad 7. "Sed in lege Domini voluntas ejus
et in lege ejus meditabitur die ac nocte."*

*8 ad 12 "Et erit tamquam lignum, quod,
plantatum est seclus decursus aquarum. quod
fructum suum dabit in tempore suo et folium
ejus non defluet: et omnia quaecumque faciet
prosperabuntur."*

*13 ad 15 "Non sic impii non sic; sed tan-
quam pulvis quem projicit ventus a facie terrae"*

Quae sine te quid agit, nisi quo procul exsulet
a te?

Praecipites semper calles, et devia motu 305

Ingressura suo: nisi fessam, tu bone, et aegram

Suscipias, referas, foveas, tuearis, honestes.

Tunc fiet cursus velox, cculique videntes'

Libera libertas, sapiens sapientia, justum

Judicium, et fortis virtus, et sana facultas.

Hujus opis semper, Pater, indigemus: ab ip-

sa 310

Prodeat arbitrium nostrum; nihil hac sine sensus

Corporei possint, opus ut servile quiescat.

Et tua dum in nobis agitur, non nostra voluntas,

Legitima in sanctis ducamus sabbata festis.

XIII S. PAULINUS DE NOLA.

PARAPHRASIS PSALMI I.

(Poema VII.)

Beatus ille, qui procul vitam suam

*1 ad 4 Beatus vir qui non abiit in consilio
impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in
cathedra pestilentiae non sedit*

Ab impiorum segregarit coetibus,

Et in via pecantum non manserit,

Nec in cathedra pestilentii sederit:

Sed corde toto fixus in legem Dei

5

Praecepta vitae nocte volvit et die,

Mentemque castis institutis excolit.

Erit ille ut arbor quae propinqua flumini,

Humore ripae nutritio pascitur,

10

Suoque fructum plena redet tempore,

Et, fronde nunquam defluente, pervirens

Stabit perenni vividum lignum coma.

Non haec iniquos prosequetur gloria,

Sed ut favillam pulveris ventus rapit,

15

Sic ira iniquos verret a vultu Dei.

*5 ad 7. "Sed in lege Domini voluntas ejus
et in lege ejus meditabitur die ac nocte."*

*8 ad 12 "Et erit tamquam lignum, quod,
plantatum est seclus decursus aquarum. quod
fructum suum dabit in tempore suo et folium
ejus non defluet: et omnia quaecumque faciet
prosperabuntur."*

*13 ad 15 "Non sic impii non sic; sed tan-
quam pulvis quem projicit ventus a facie terrae"*

Ideireo tali dividentur ordine
 Hominum per orbem dissipatorum greges,
 Ut judicandi non resurgent impii,
 Qui denegarunt debitum cultum Deo,
 Sed puniendi: nam suum crimen videns, 20
 Non indigebit quaestione detegi,
 Quoniam imminentem praferent mortis notam,
 Signum salutis non gerentes frontibus.
 Peccator autem, non et impius tamen,
 Quae magna turba est, non resurget gloriae, 25
 Verum resurget deputanda examini.
 Nec enim sedere cum piis judex potest,
 Causas suorum redditurus actuum,
 Varieque gestis aut probandus aut reus.
 Sino lege passim legis ignari cadent; 30
 In lege lapsus, lege judicabitur.
 Opus per omne curret ignis arbiter;
 Quod non cremarit flamma, sed probaverit,
 Illud perenni praemio pensabitur.

16 ad 34. "Idcirco non resurgent impii in
 iudicio; neque peccatores in concilio justorum."

22 Pro prae se ferent mortis imminentis no-
 tam.

Idcirco cuncti nunc in isto saeculo, 35
 Dum currit aetas, et dies aevi patet,
 Rectas agamus semitas firmo pede,
 Ne deferamur lubrico latae viae,
 Praestat per arctum dimicantes tramitem
 Laboriosis introire nisibus.
 Vias bonorum laetus agnoscit Deus, 40
 At impiorum pronum iter delebitur.

XIV

PARAPIHRASIS PSALMI CXXXVI.

(S. Paulini poema IX.)

Sedimus ignotos dirae Babylonis ad amnes
 Captivi, Judea manus, miserabile flentes,

35 ad 40. *Exortatio.*

41 ad 42. *Quoniam novit Deus viam justo-
 rum: et iter impiorum peribit."*

1 ad 9. *"Super flumina Babylonis, illuc se-
 dimus, et flevimus cum recordaremur Sion: in
 salicibus in medio ejus suspendimus organa nos-
 tra."*

Cùm patrium memori traheremus pectore Sion,
 Et meritum justa suspiraremus ab ira
 Exsilium: lentis qua consita ripa salictis, 5
 Hospitibus populis umbras praebebat amicas.
 Illie Assiriae mediis in moenibus urbis,
 Obliti laetas per moesta silentia voces,
 De salicu[m] ramis suspendimus organa nostra
 Namque dabant nobis durum gravis ira dolo-
 rem 10
 Quod solita in sancto deponim cantica templo,
 Haec ad delicias sibi nos cantare juvebat
 Impius ille, domo qui nos abduxerat, hostis,
 Ergone divinas laudes et carmina castis
 Apta choris, inter sacra barbara, foedaque bus-
 ta, 51
 Inter et accensas funestis ignibus aras,
 Heul male de nostro laetis moerore, canemus?

10 ad 13. "Quia illuc interrogaverunt nos,
 qui captivos duxerunt nos, verba cantionum; et
 qui abduxerunt nos: Hymnum contate nobis de
 canticis Sion."

14 ad 31. "Quomodo cantabimus canticum
 Domini in terra aliena?"

Deque pio ritu luxum faciemus iniquum?
 Mistica ad hostilem modulantes cantica ludum
 Quo miseri nunc ore sacros catabimus hymnos?
 Quove loco Babylon poscit sibi cantica Sion?
 Sed Domini carnem tellus aliena mereri
 Non capit, indignas sacra vox avertitur aures.
 Si tamen ut captis dominus violentior instas,
 Et si tantus amor Sion pia noscere vobis 25
 Cantica, si pergis me cogere non tua fari,
 Et divina tibi quaenam sint cantica Sion,
 Accipe quid captae Deus ultor spondeat urbi.
 Ne longum speres isto gaudere triumpho,
 Impie, quo sacrum prodi tibi praecipis hym-
 num. 30

Ecce quis est hymns Domini, quae cantica Sion:
 " Si fuero oblitus mea moenia, te, mea cura,
 Urbs Hierusalem, fiat mea non memor unquam
 Dextra mei, mea lingua meis et adhaereat arens

25. Virgilii En. II. 10.

32 ad 38. "Si oblitus fuero tu i, Jerusalem, R
 oblivioni detur dextera mea. Adhaereat lingua
 mea faucibus meis si non meminero tui: si non
 proposuero Jerusalem in principio letitiae mae."

Faucibus, aeterno nisi te complectar amore, 35
Et nisi principio promissi in saecula regni
Laetitia que meae primo reminiscar in anno,
Te cunctis Hierusalem praeponere terris.
Esto memor tum prolis Edom, ut versa vice nos-

trum

Aspiciat confusa diem, quo plebs tua claram 40
Moenibus aeternis Hierusalem habitabit,
Cui nunc gens oblita tui, crudele minatur
Excidium, dicens: Invisam funditus urbem
Diruite et vacuate manu, vestigia donec
Nulla relinquantur, muris ad inane redactis, 45
Infelix miserae Babylonis filia, felix
Qui tibi pro nobis in nos tua gesta rependet.
Nec minus ille beatus erit, qui parva tenebit,
Et simul illidet solidae tua pignora petrae,

39 ad 45. "Memor esto. Domine filiorum Edom, in die Jerusalem; qui dicunt: Exinanite, exinanite usque ad fundamenta in ea."

46, 47. "Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis."

48, 49. "Beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram."

EXPLICATIO ALLEGORICA ET APLI-
CATIO MORALIS ULTIMORUM
VELSICULORUM.

Vipercam sobolem validis elide lacertis.
Nam *Babylon* nomen Confusio: filia cujas
Est caro, péccatis mater: quae turba saluti 55
Noxia corporeis ducit mala semina fibris.

Haec vincenda tibi, si vis evincere mortem:
Namque tuis tales inclusos ossibus hostes,
Si permitantur crescendo assumere vires.
Difficili vices luctaminé; praeripe parvos, 60

Dum rudis ex utero cordis per pectora capta
Reptat adhuc teneris vitiorum infantia membris:
Quae nisi praeceavcas, aucta virtute necabit
Concordem vitiis animam terrena propago.

Ne parcas igitur talēm mactare catervam. 65
Non tibi crimen erit, nocituram perdere gentem.
Ultricemque malo perfundere sanguine petram

Gaudet enim justus, si concidat impia proles;
 Nam magis atque magis pius ista caede piatur,
 Si perimat peccata suis dominantia membris, 70
 Et fracta in Christo vitiorum plebe triumphet.

XV

PRUDENTIUS.

SACRIFICIUM IMPERATORIS JULIANI

(Apotheosis, v. 450-502)

M^o puero, ut memini, ductor fortissimus armis
 Conditor et legum, celeberrimus ore manuque,
 Consultor patriae, sed non consultor habendae
 Religionis, amans tercentum millia divum,
 (Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus Urbi, 5
 Augustum caput ante pedes curvare Minervae
 Fictilis, et soleas Junonis lambere, plantis
 Herculis advolvi, genua incerare Dianaec:
 Quin et Apollineo frontem submittere gypso,
 Aut Pollucis equum suffire ardentibus extis:) Forte litans Hecaten placabat sanguine multo:
 Pontificum festis ferienda securibus illic-

Agmina vaccarum steterant, vitulasque revincta
 Fronte coronatas umbrabat torta cupressus.
 Jamque insertato reserabat viscera cultro 15
 Vittatus de more senex, manibusque cruentis
 Tractabat trepidas letali frigore fibras,
 Postremosque animae pulsus in corde tepenti
 Callidos interpres numeris et fine notabat,
 Cùm subito exclamat media inter sacra sacer-
 dos 20

Pallidus: ‘En quid ago? majus, rex optime, ma-
 jus

Nescio quod numen nostris intervenit aris,
 Quam sufferre queant spumantia cymbia lacte,
 Caesarum sanguis pecudum, verbena coronae.
 Accitas video longe dispergier umbras: 25
 Territa Tisiphone vertit vestigia retro,
 Extinctis facibus, fracto fugitiva flagello.
 Nil agit arcanum murmur; nil Thessala prosunt
 Carmina: turbatos revocat nulla hostia manes.
 Nonne vides ut thuribulis frigentibus ignis 30
 Marcat? ut canis pigrescat pruna favillis?
 Ecce palatinus pateram retinere minister
 Non valet; elisa destillant balsama dextra;
 Flamen et ipse suas miratur vertice laurus

Cedere, et incertum frustratur victima ferrum. 35
 Nescio quis certe subrepdit Christicolarum
 Hic juvenum; genus hoc hominum tremit infula
 et omne
 Pulvinar divum. Lotus procul absit et unctos!
 Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris."
 Dixit, et exsanguis collabitur: ac velut ip-
 sum 40.
 Cerneret exerto minitantem fulmine Christum,
 Ipse quoque exanimis posito diademate princeps
 Pallet, et astantes circumspicit, ecquis alumnus
 Chrismatis inscripto signari tempora signo,
 Qui Zoroastreos turbasset fronte susurros. 45
 Armiger a cuneo puerorum flavicomantum
 Purpurei custos lateris deprenditur unus;
 Nec negat et gemino gemmata hastilia ferro
 Projicit, ac signum Christi se ferre fatetur.
 Prosiluit pavidus dejecto antistite princeps, 50
 Marmoreum fugiens nullo comitante sacellum;

45. *Zoroastreos susurros: id est, magica se-
 creta.*

Iso. *Zoroaster primus dicitur artes magicas
 invenisse. Justin, I, 1.*

47. *Purpurei pro imperatori.*

Tum tremefacta cohors, dominique oblitera su-
 pinas
 Erigit ad coelum facies, atque invocat Iesum.

XVI

SANCTUS PROSPER.

ELOGIUM SANCTI AUGUSTINI.

(Carm. de Ingratis, v. 92-118.)

Est Augustinus quem Christi gratia cornu
 Ubiore rigans, nostro lumen dedit aevo
 Accensum vero de lumini: nam cibus illi,
 Et vita, et requies Deus est; omnisque voluptas
 Unus amor Christi est, unus Christi est honor illi 5
 Et dum nulla sibi tribuit bona, fit Deus illi
 Omnia, et in sancto regnat Sapientia templo.

Istius ergo inter cunetos, qui de grege sancto
 Insanas pepulere feras, industria major,

I. *Cornu rigans esprimit unctionem.*

III. *Regum 1, 39. Sumpsit Sadoc cornu
 olei de tabernaculo, et unxit Salomonem.*

9. *Feras, pagani et haeretici.*

Majus opus, totum praestantius imbuīt orbem. 10
 Nam quocumque gradum convertit callidus hos
 tis,
 Quaque per ambages anceps iter egit operatas,
 Hujus ab occursu est praeventus, mille viarum
 Insidiis aditum non repperiantibus ullum.
 Cūmque foris rabies avidorum exclusa lupo-
 rum 15
 Frenderet, inque omnes mendacia verteret artes:
 Ne mentes ullarum ovium corrumpere posset,
 Neu dubia obliquis turbaret corda querelis,
 Istius ore viri fecit Deus; istius ore
 Flumina librorum mundum effluxere per omnem,
 Quae mites humilesque bibunt, campisque ani-
 morum
 Certant vitalis doctrinae immittere rivos.

XVII

PRUDENTIUS.

HYMNUS AD GALLICINUM.

(Cathemerinon h. I.)

Sub titulo libri Cathemerinon seu Quotidianorum Prudentius collegit seriem hymnorum pro omnibus horis diei quae orationi consecrandae sunt et quorundam aliorum pro praecipuis temporibus anni christiani. Initium sumit ab oratione quam Ecclesia jubet fieri ad cantum galli "Quod ea hora (referunt constitutiones apostolicae) nuntiet adventum diei ad faciendum opera lucis."

In hoc hymno et in sequenti poeta uititur verso iambico dimetro (acatalectico) pro strophis quatuor versuum. Ecce exemplum.



Ales diei nuntius
 Lucem propinquam praecepit:

Nos excitator mentium	
Jam Christus ad vitam vocat.	
Auferte, clamat, lectulos,	5
Aegro sopore desides,	
Castique, recti, ac sobrii	
Vigilate: jam sum proximus.	
Post solis ortum fulgidi	10
Serum est cubile spernere,	
Ni parte noctis addita	
Tempus labori adjeceris.	
Vox ista, qua strepunt aves,	
Stantes sub ipso culmine	
Paulo antequam lux emicet,	15

3 et seq. Poeta festinat ingredi sensum symbolicum et christianum indicatum ab Apostolo Rom. XIII, 12; Nox praecessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus.

7. *I Petri V. 8.*

8. *Matth. XXIV, 42*

14. *Matutini volucrum sub culmine canis.*
Virgilii, *En. VIII, 456.*

Nostri figura est judicis:	
Tectos tenebris horridis,	
Stratisque opertos segnibus,	
Suadet quietem linquere	
Jam jamque venturo die:	20
Ut, cum coruscis flatibus	
Aurora coelum sparserit	
Omnes labore exercitos	
Confirmet ad spem luminis.	
Hic somnus, ad tempus datus,	25
Est forma mortis perpetis:	
Peccata, ceu nox horrida.	
Cogunt jacere ac stertere.	
Sed vox ab alto culmine	
Christi docentis praemonet,	30
Adesse jam lucem prope,	
Ne mens sopori serviat;	
Ne somnus usque ad terminos	
Vitae socordis opprimat	
Pectus sepultum crimine,	35

22. *Pro consperserit.*

26. *Forma pro imago, simulacrum.*

29. *Ab alto culmine id est culmine coeli.*

Et lucis oblitum suae.	
Ferunt, vagantes daemonas,	
Laetos tenebris noctium,	
Gallo canente exterritos	
Sparsim timere et cedere.	40
Invisa nam vicinitas	
Lucis, salutis, numinis,	
Rupto tenebrarum situ,	
Noctis fugat satellites.	
Hoc esse signum praescii	45
Notunt repromissac spei:	
Qua nos soporis liberi	
Speramus adventum Dei.	
Quae vis sit hujus alitis,	
Salvator ostendit Petro,	50

40. *Pro sparsim cedere timentes.*

45. *Hoc scilicet Gallicinium “Quod uti signum appropterantis diei est, ita daemonas et tenebrarum spiritus admonet propinqui adventus magni diei, quo ipsos Christus et mundum iudicaturus est.” Nota Cellar.*

49. *et seq. Vid. S. Ambrosium tom. III horum tractat, p. 39 ad 41.*

Ter; antequam gallus canat,	
Sese negandum praedicans,	
Fit namque peccatum prius	
Quam praeco lucis proximae	
Illustret humanum genus,	55
Finemque peccandi ferat	
Flevit negator denique	
Ex ore prolapsum nefas:	
Cum mens maneret innocens,	
Animusque servaret fidem.	60
Nec tale quidquam postea	
Linguae locutus lubrico est;	
Cantuque galli cognito,	

52. *Pro se negatum iri.*

54. *“Poeta rem a gallo transfert ad Christum, a Petro ad genus hominum, a luce diei ad lucem divinam mentes hominum illustrantem.” Cellar.*

59. *S. Augustinus dixit. In illa negatione Petrus intus veritatem tenebat, foris mendacium proferebat.*

62. *Pro lingua lubrica;*

Peccare justus destitit.	
Inde est quod omnes credimus,	65
Illo quietis tempore,	
Quo gallus exsultans canit,	
Christum redisse ex inferis.	
Tunc mortis oppressus vigor,	70
Tunc lex subacta est tartari,	
Tunc vis diei fortior	
Noctem coegerit cedere.	
Jam jam quiescant improba,	
Jam culpa furva obdormiat,	
Jam noxa letalis, suum	75
Perpessa somnum, marceat.	
Vigil vicius spiritus,	
Quodquaque restat temporis,	
Dum meta noctis clauditur,	
Stans ac laborans excubet.	80
Jesum ciamus vocibus,	
Flentes, precantes, sobrii:	

82. Flentes "Lacrimae (ait S. Maximus)
"tacitae quodammodo preces sunt; veniam non
"postulant et merentur; causam non dicunt, et
"misericordiam consequuntur."

Intenta supplicatio	
Dormire eorū mundum vetat.	
Sat convolutis artubus	85
Sensum profunda oblivio	
Pressit, gravavit, obruit,	
Vanis vagantem somniis.	
Sunt nempe falsa et frivola,	
Quae mundali gloria,	90
Ceu dormientes, egimus:	
Vigilemus: hic est veritas.	
Aurum, voluptas, gaudium,	
Opes, honores, prospera,	
Quaecumque nos inflant mala,	95
Fit mane, nil sunt omnia.	
Tu, Christe, somnum disjice,	
Tu rumpe noctis vincula,	
Tu solve peccatum vetus,	
Novumque lumen ingere.	100

96. Poeta dixisset forte: *nihil sunt nisi somnia, si nobis non remaneret saepe ipsa peccati realitas.*

XVIII

HYMNUS MATUTINUS.

(Prudentii Cathemerinon h. II.)

Ad hunc hymnum bene intelligendum, in memoriam revocanda est definitio hujus vocis *matutinus* tradita à S. Isidoro in suo opere cui titulus *Origines*, lib. V, c. 31, § 12: *Matutinum est inter abscessum tenebrarum et aurorae adventum.*

Nox, et tenebrae et nubila.
Confusa mundi et turbida,
(Lux intrat, albescit polus;
Christus venit,) discedite.

Caligo terrae scinditur

5

Percussa solis spicula;
Rebusque jam color redit

6. *Spicula.* Lucretius jam appellaverat radiis solis *lucida tela diei*, et Varro *jacula solis*.

7. *Rebus color redit:* rebus enim nox ab-

Vultu nitentis sideris.	
Sic nostra mox obscuritas,	
Fraudisque pectus concium,	10
Ruptis reiectum nubibus,	
Regnante pallescat Deo.	
Tunc non licebit claudere,	
Quod quisque fuscum cogitat:	
Sed mane clarescent novo	15
Seereta mentis prodita.	
Fur ante lucem squalido	
Impune peccat tempore:	
Sed lux dolis contraria	
Latere furtum non sinit.	20
Versuta fraus et callida	
Amat tenebris obtegi,	
Aptamque noctem turpibus	

tulit atra colorem ut cecinit Virgilii, En. VI,

272. Ovidius: *Redeunt spectacula rerum.*

9. *Obscuritas, nox peccati quae extensa est in anima nostra.*

12. *Pallescat in sensu physico simul (clarescat v. 15) et morali.*

Adulter occultus fovet.	
Sol ecce surgit igneus:	25
Piget, pudescit, poenitet;	
Nec teste quisquam lumine	
Peccare constanter potest.	
Quis mane sumptis nequiter	30
Non erubescit poculis,	
Cum sit libido temperans,	
Castumque nugator sapit.	
Nunc nunc severum vivitur,	
Nunc nemo tentat ludicrum.	
Inepta nunc omnes sua	35

29, 30. Non nisi luxuriâ perdit homines erant qui vinum intemperatè bibeant mane. Hoc est quod S. Petrus opponebat iis qui effectus Spiritus Sancti descensi in primis christianis ebrietati tribuebant: *Non enim, sicut vos aestimatist, hi ebrii sunt, CUM SIT HORA TERTIA DIEI.*

32. *Castum sapit*, habet cogitationes sobrias et castas.

33. *Severum vivitur*, vid. tom. III, pag. 94.
nota 7.

Vultu colorant serio.	
Hæc hora cunctis utilis,	
Qua quisque, quod studet, gerat:	
Miles, togatus, navita,	
Opifex, orator, institor.	40
Illum forensis gloria,	
Hunc triste raptat classicum;	
Mercator hinc ac rusticus	
Avara suspirant luera,	
At nos lucelli ac fœnoris	45
Fandiique prorsus nescii,	
Nec arte fortes bellica,	
Te, Christe, solum novimus.	
Te mente pura et simplici,	
Te voce, te cantu pio	50

36. *Vultus*, id est, extrinsecus.

49, et sequent. "His quattuor versibus præcipui ritus colendi et rogandi Deum continentur: primus internus in spiritu et veritate, *mente pura et simplici*; alter *voce sine cantu*; tertius *cantus*; quartus *curvato genu*; quintus *fleendo*." Arevalo.

- Rogare, curvato genu,
Flendo et canendo discimus.
His nos lucramur quæstibus,
Hæc arte tantum vivimus:
Hæc inchoamus munera,
Cùm sol resurgens emicat. 55
Intende nostris sensibus,
Vitamque totam dispice:
Sunt multa fucis illita,
Quæ luce purgentur tua. 60
Durare nos tales jube,
Quales remotis sordibus
Nitere pridem jusseras,
Jordane tintos flumine.
Quodcumque nox mundi dehinc 65
Infecti atris nubibus,
Tu, Rex, Eoi sideris
Vultu sereno illumina.
Tu, sancte, qui tetram picem
Candore tingis lacteo, 70
-
64. Id est *baptizatos*.
67. Virgil. Georg. I, 288.
69, 70. Ovid. Epist. de Ponto, lib. III, ep.

- Ebenoque crystallum facis,
Delicta terge livida.
Sub nocte Jacob caerula
Luctator audax angeli
Eo usque dum lex surgeret, 75
Sudavit impar praelium.
Sed cùm jubar claresceret,
Lapsante claudus poplite,
Femurque victus debile,
Culpaे vigorem perdidit. 80

3, v. 97:

Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor,
Nec quod erat candens, fit terebinthus, ebur.
Idea desumpta est ex Isaia (I, 18): *Dicit Dominus: Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt,*
73 et sequent. Genes. XXXII, 24 et sequent.

76. *Pro sudando sive cum sudore conficit.*
Quidam poeta anonymus dixit similiter: *tibi, Roma, decus aeternaque sudo tropaea.*

- Haec nos docent imagines,
Hominem tenebris obsitum,
Si forte non cedat Deo,
Vires rebelles perdere.
Tandem facessat caecitas, 85
Quae nosmet in praeceps diu
Lapsos sinistris gressibus
Errore traxit devio.
Haec lux serenum conferat,
Purosque nos praestet sibi. 90
Nihil loquamur subdolum
Volvamus obscurum nihil.
Sic tota decurrat dies.
Ne lingua mendax, ne manus,
Oculive peccant lubrici,
Ne noxa corpus inquiet.
Speculator astat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusque nostros prospicit.

89. Sicut et alii termini in hoc hymno, *serenum* intelligendum est in sensu litterali simul et morali.

- A luce prima in vesperum. 100
Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur, quidquid est,
Humana quod mens concipit:
Hunc nemo fallit judicem.

XIX

HYMNUS POST CIBUM.

(Prudent. Cathem. h. IV.)

Hic hymnus fuit scriptus in versibus phaleucis, quorum tres unam stropham efficiunt. Phaleucus sive endecasyllabus componitur unius trochaei, unius choriambi et unius jambici monometri hypercatalecticis:

-- | - u u - | u - u - | u

Pastis visceribus, eiboque sumpto,

Quem lex corporis imbecilla poscit,
Laudem lingua Deo Patri rependat:
Patri, qui cherubim, sedile sacrum,
Neenon et seraphim, suum, supremo
Subnixus solio, tenet regitque.

Hic est quem Sabaoth Deum vocamus,
Expers principii, carensque fine.
Rerum conditor, et repertor orbis;
Fons vitae liquida fluens ab arce,
Infusor fidei, sator pudoris,
Mortis perdomitor, salutis auctor.

5

10

2. Pro *lex ab imbecillo ecorpore irrogata si-
ve lata.*

4 et seq. Construe *qui tenet regitque che-
rubim et seraphim sedile suum*, in *Psalm.
LXXIX, 1: Qui sedes super cherubim, mani-
festare, et Isai. VI, 1: Dominum sedentem su-
pra solium excelsum et elevatum.....Seraphim
stabant circa illud, etc.*

9. *Repertor*, apud Virgilium (*Juppiter*)
hominum rerumque repertor, En. XII. 829.

10. *Liquida arx altitudines aëriac, eoēum.*

Omnes quod sumus, aut vigemus, inde est.

Regnat Spiritus ille sempiternus,
A Christo simul et Parente missus. 15

Intrat pectora candidus pudica,

Quae templi vice consecrata rident,
Postquam combiberint Deum medullis.

Sed si quid vitii dolive nasci

Inter viscera jam dicata sensit, 20
Ceu spurcum refugit celer sacellum.

Tetrūm flagrat enim vapore crasso
Horror conscius aestuante culpa,
Offensemque bonum niger repellit.

16. Vocabatur spiritus *Candidus* vel quia co-
lumbæ specie apparuit et repræsentatur, vel ob
candorem quam animæ infudit" Arevalo.

17. *Rident*, id est, *laeta sunt.*

23. *Aestuante*, "id est, non permittente pec-
catorum quiescere." *Cellar.* Horror conscius
pro conscientiae.

24. Offensemque bonum "bonum quod ille in
se invenit" gratia et inspirationes Spiritus
Sancti.

Nec solus pudor, innocensve votum	25
Templum constituunt perenne Christo	
In cordis medii sinu ac recessu:	
Sed ne crapula ferueat, cavendum est,	
Quæ sedem fidei cibis refertam	
Usque ad congeriem coarctet intus.	30
Pareis victibus expedita corda	
Infusum melius Deum receptant:	
Hic pastus animæ est, saperque verus.	
Sed nos tu gemino foyens paratu,	
Artus atque animas utroque pastu	35
Confirmas, Pater, ac vigore compleas.	
Sic olim tua præcluens potestas	
Inter raucisonos situm leones	
Illapsis dapibus virum refovit.	
Illum fusile numen exsecrantem,	40
Et curvare caput sub expolita	
Æris materia nefas putantem,	

34. *Paratu, pro apparatu.*38. *Vide Daniel XIV.*57. *Obsequente mundo, "id est, cedente
coelo et viam angelo præbente."* Cell.

Plebs diræ Babylonis ac tyrannus	
Morti subdiderant, feris dicarant,	
Sævis protinus haustibus vorandum	45
O semper pietas fidesque tuta!	
Lambunt indomiti virum leones,	
Intactumque Dei tremunt alumnus.	
Astant cominus, et jubas reponunt:	
Mansuescit rabies, fameque blanda	50
Prædam rictibus ambit incruentis.	
Sed cum teneret ad superna palmas,	
Expertumque sibi Deum rogaret,	
Clausus jugiter, indigensque victu;	
Jussus nuntius advelare terris,	55
Qui pastum famulo daret probato,	
Raptim desilit obsequente mundo.	
Cernit forte procul dapes inemptas,	
Quas messoribus Abacum propheta	
Agresti bonus exhibebat arte.	60

58. *Dapes inemptas*, Virgilus et Horatius
applicant aequaliter haec verba victui cultoris,
*Georg. IV, 133, et Epol. II, 48.*59. *Habacuc, Vide Daniel XIV, 32 et seq.*

Hujus caesarie manu prehensa,
 Plenis, sicut erat, gravem canistris
 Suspensum rapit, et vehit per auras.
 Tum raptus simul ipse prandiumque
 Sensim labitur in lacum leonum, 65
 Et, quas tunc epulas gerebat, offert.
 «Sumas laetus, ait, libensque carpas,
 Quae summus Pater angelusque Christi
 Mittunt liba tibi sub hoc periclo.»
 His sumptis, Danielus excitavit. 70
 In coelum faciem, ciboque fortis
 Amen reddidit, halleluia dixit.
 Sic nos muneribus tuis refecti,
 Largitor Deus omnium bonorum,
 Grates reddimus, et sacramus hymnos. 75
 Tu nos, tristifico velut tyranno,
 Mundi scilicet impotentis actu
 Conclusos, regis, et feram repellis;
 Quae circumfremit, ac vorare tentat,
 Insanos accens furore dentes, 80
 Cur te, summe Deus, precemur unum.

77. *Impotentis pro saevientis.*
 81. *Cur pro eo quod invenitur et in Horat.*

Vexamur, premimur, malis rotamur:
 Oderunt, lacerant, trahunt, lacescant;
 Juncta est suppliciis fides inquis.
 Nec deit tamen anxiis medela: 85
 Nam languente trucis leonis ira,
 Illapsae superingeruntur escae.
 Quas si quis sitienter hauriendo
 Non gustu tenui, sed ore pleno,
 Internis velit implicare venis; 90
 Hic sancto satiatus ex propheta,
 Justorum capiet cibos virorum,
 Qui fructum domino metunt perenni.
 Nil est dulcior ac magis saporum,
 Nil, quod plus hominem juvare possit, 95
 Quam vatis pia praecinctensis orsa.
 His sumptis, licet insolens potestas
 Pravum judicet, irrogatque mortem;
 Impasti licet irruant leones.
 (p. 372): *Irascar amicis, Cur me funesto pro-*
perent arcere veterno?
 82. *Rotamur pro volvitur, circumagimur.*
 87. *Panis coelestis, gratia.*

Nos semper dominum Patrem fatentes 100
 In te, Christe, Deum loquemur unum,
 Constanterque tuam crucem feremus.

XX

HYMNUS DE NOVO LUMINE PASCHA-
 LIS SABBATI.

(Prudent. Cathem, h. V.)

Hujus poëmatis objectum est quaedam antiquae Ecclesiae consuetudo quae paulatim oblivioni fuit tradita. Christiani omnes, nocte qua Salvator noster è mortuis surrexit, in ecclesia congregabantur, faces, lampades, et cereos accendeant, tocumque tempus ibi in praecibus et gratiarum actionibus impendebant, hymnos canentes sacramque synaxim suscipien-

101. *Deum correctio Parrhasii. Letio Cristi te Deus non habet sensum.*

tes. In multis Ecclesiis neophyti accipiebant baptismum in hac ipse solemnitate. Prudentius vero non facit mentionem hujus consuetudinis. Sed tantum canit cum omni poësis pompa victoriæ luminis super tenebras, hac nocte obtenta et cereo paschali repraesentata. Etiam canit liberationem filiorum Israëlis per Moïsem, transitus maris rubri, miracula mannae et aquarum in deserto, figuræ redēptionis nostræ quæ in memoriam fidelium revocabantur lectione psalmorum et canticorum. In præcedentibus hymnis notatum est Prudentium frequenter transire à sensu litterali ad mysticum; necesse est ergo, dum hos hymnos leguntur, habere spiritum taliter dispositum ut promptè possit ab uno ad alterum transire.

Prudentius utitur in hoc hymno versibus asclepiadaeis compositis unius basis spondaicæ (raro trochaicæ et semel tantum jambicæ, v. 43) duobus choriambis et unius jambicæ.

Strophæ habent quatuor versus.

Nos semper dominum Patrem fatentes 100
 In te, Christe, Deum loquemur unum,
 Constanterque tuam crucem feremus.

XX

HYMNUS DE NOVO LUMINE PASCHA-
 LIS SABBATI.

(Prudent. Cathem, h. V.)

Hujus poëmatis objectum est quaedam antiquae Ecclesiae consuetudo quae paulatim oblivioni fuit tradita. Christiani omnes, nocte qua Salvator noster è mortuis surrexit, in ecclesia congregabantur, faces, lampades, et cereos accendeant, tocumque tempus ibi in praecibus et gratiarum actionibus impendebant, hymnos canentes sacramque synaxim suscipien-

101. *Deum correctio Parrhasii. Letio Cristi te Deus non habet sensum.*

tes. In multis Ecclesiis neophiti accipiebant baptismum in hac ipse solemnitate. Prudentius vero non facit mentionem hujus consuetudinis. Sed tantum canit cum omni poësis pompa victoriæ luminis super tenebras, hac nocte obtenta et cereo paschali repraesentata. Etiam canit liberationem filiorum Israëlis per Moïsem, transitus maris rubri, miracula mannae et aquarum in deserto, figuræ redēptionis nostræ quæ in memoriam fidelium revocabantur lectione psalmorum et canticorum. In præcedentibus hymnis notatum est Prudentium frequenter transire à sensu litterali ad mysticum; necesse est ergo, dum hos hymnos leguntur, habere spiritum taliter dispositum ut promptè possit ab uno ad alterum transire.

Prudentius utitur in hoc hymno versibus asclepiadaeis compositis unius basis spondaicæ (raro trochaicæ et semel tantum jambicæ, v. 43) duobus choriambis et unius jambicæ.

Strophæ habent quatuor versus.

Inventor rutili, Dux bone, luminis,
 Qui certis vicibus tempora dividis,
 (Merso sole, chaos ingruit horridum,) 5
 Lumen redde tuis, Christe fidelibus.
 Quamvis in numero siderे regiam,
 Lunarique polum lampade pinxeris,
 Incussu silicis lumina nos tamen
 Monstra saxigeno semine quaerere:
 Ne nesciret homo, spem sibi luminis
 In Christi solido corpore conditam, 10
 Qui dici stabilem se voluit petram,
 Nostris igniculis unde genus venit,
 Pinguis quos olei rore madentibus
 Lychnis, aut facibus pescimus aridis:
 Quin et sila favis scirpea flores, 15
 Presso melle prius, collita singimus.
 Vivax flamma viget, seu cava testula.

-
8. Pro ex saxe nato. Virgil. En. VII, 6:
Semina flammæ abstrusa in venis silicis.
11. I Corinth. X, 4.
15. Antiquitus utebatur in cereis scapis
 glabris pro elychniis.

Succum linteolo suggerit ebrio,
 Seu pinus piecam fert alimoniam,
 Seu ceram teretem stuppa calens bibit. 20
 Nectar de liquido vertice fervidum
 Guttatim lacrimis stillat oleatibus:
 Ambustum quoniam vis facit ignea
 Imbrem de madido flere cacumine.
 Splendent ergo tuis muneribus, Pater, 25
 Flammis mobilibus scilicet atria,
 Absentemque diem lux agit aemula.
 Quam nox cum lacero victa fugit peplo.
 Sed quis non rapidi luminis arduam
 Manantemque Deo cernat originem? 30

21. *Nectar* dicitur mellis et ceræ in statu
 liquido ratione boni odoris. Virgil, En. I, 433.

22. *Oalentibus.* "Cerae atque oleo etiam
 odores ab antiquis addeabantur, ut jucundior
 usus foret. Inde ortam existimo consuetudinem
 thuris paschali cereo infixi. S. Paulinus, lych-
 nos er cereos memorans, odorem cereis tribuit:
Lumina cerantis adolescentur ODORA papyris."
A revalo.

Moses nempe Deum spinifera in tubo
Vidit conspicuo lumine flammum.
Felix, qui meruit sentibus in sacris
Cœlestis solii visere principem,
Jussus nexa pedum vincula solvere, 35
Ne sanctum involueris pollueret locum.
Hunc ignem populus sanguinis inclyti,
Majorum meritis tutus, et impotens,
Suetus sub dominis vivere barbaris,
Jam liber sequitur longa per avia. 40
Qua gressum tulerant, castraque caerulae
Noctis per medium concita moverant,
Plebem pervigilem fulgere prævio
Ducebat radius sole micantior.
Sed rex Niliaci littoris, invido 45
Fervens felle jubet prævalidam manum
In bellum rapidis ire cohortibus,
Ferratasque acies clangere classicum.

35 Vineula pedum dicitur de sandaliis,

36 Antiqui poëtae utuntur voce *involuerum*
cum u longa.

38 Exod XIII, 21, etc.

Sumunt arma viri, seque minacibus
Accingunt gladiis: triste canit tuba. 50
Hic fudit jaculis, ille volantia
Praefigit calamis spicula Gnossiis.
Densetur cuneis turba pedestribus,
Curtus pars et equos et volucres rotas
Concedunt celeres, signaque bellica 55
Prætendunt tumidis clara draconibus.
Hinc jam servitii nescia pristini
Gens Pelusiaca usta vapribus,
Tandem purpurei gurgitis hospita,
Rubris littoribus fessa resederat. 60
Hostis dirus adest cum duce perfido,
Infert et validis prælia viribus.
Moses porro suos in mare præcipit
Constans intrepidis tendere gressibus.
Præbent rupta locum stagua viantibus 65
Riparum in faciem pervia; sistitur

56 Ola a draconibus, vexillæ quaedam in
quibus micare videbatur figura draconis et quas
Prudentius appellat etiam ventosa draconum pal-
lia.

66. Riparum in faciem generatim specie

- Circumstans vitreis unda liquoribus,
Dum plebs sub bifido permeat aquore.
Pubes quin etiam decolor, asperis
Irritata odiis, rege sub impio, 70
Hebraeum s. tiens fundere sanguinem,
Audet se pelago credere concavo.
Iabant praecipiti turbine percita
Fluctus per medios agmina regia:
Sed confusa dehinc unda revolvitur 75
In semet revolans gurgite conflu.
Currus tunc, et equos, telaque naufragia,
Ipsos et proceres, et vaga corpora
Nigrorum videoas nare satellitum,
Arcis justitium triste tyrannicae. 80

riparum.

69. *Decolor*, nigrum (vide 79); ut in Proper.: *Ustus et Eo decolor Indus equo.*

80. "Justitium, ait auctor scholiorum ejusdem Vaticani manuscripti, proprie est juris statio, sicut solstitium solis statio; ponitur autom pro luctu publico." Proprie vacatio tribunali.

- Quae tandem poterit lingua retexere
Laudes, Christe, tuas? qui domitam Pha-
(ron
- Plagis multimodis cedere praesuli
Cogis justitiae, vindice dextera?
Qui pontum rapidis aestibus invium 85
Persultare vetas, ut refiuo in salo
Securus pateat, te duce, transitus,
Et mox unda rapax ut voret impios.
Cui jejuna eremi saxa loquacibus
Exundant scatebris, et latices novos 90
Fundit scissa silex: quae sitentibus
Dat potum populis axe sub igneo.
Instar fellis aqua tristifico in lacu
Fit ligni venia mel velut Atticum.
Lignum est, quo sapiunt aspera dulcius; 95
Nam praefixa cruci spes hominum viget.
Implet castra cibus tunc quoque ninguidus,
Illabens gelida grandine densius.
94. *Venia ligni*, favore ligno annexo. Haec
est una ex sanctas Crucis figuris.
97. Exod. XVI, 4 et sequent.

- His mensas epulis, hac dape construunt,
Quam dat sidereo Christus ab aethere. 100
- Neconon imbrifero ventus anhelitu
Crassa nube leves invehit alites,
- Quae diffata in humum cum semel agmina
Fluxerunt, reduci non revolant fuga.
- Haec olim patribus praemia contulit 105
- Insignis pietas numinis unici:
Cujus subsidio nos quoque vescimur
- Pascentes dapibus pectora mysticis.
- Fessos ille vocat per freta saeculi,
Discissis populum turbinibus regens, 110
- Jactatasque animas mille laboribus
- Justorum in patriam scandere praecepit.
- Illic purpureis tecta rosariis
Omnis fragrat humus, calthaque pingia,
- Et molles violas, et tenues crocos 115
- Fundit fonticulis uda fugacibus.
- Illic et gracili balsama surculo.
-
106. *Pietas*, paternus amor (erga homines).
114. *Calthum* in genere neutro hic tantum
invenitur; dicitur communiter caltha, ae.
117. *Gracili balsama surculo.* "Balsa-

- Desudata fluunt, raraque cinnama
Spirant, et folium, fonte quod abdito
- Praelambens fluvius portat in exitum 120
- Felices animae prata per herbida
Concentu parili suavo sonantibus
- Hymno rummodulis dulce canuat meo
- Calcant et pedibus lilia candidis.
- Sunt et spiritibus saepe nocentibus 125

mum (ait Tacit. Hist. V, cap. 6.) modica arbor
viti similior quam myrto; ut quisque ramus in-
tumuit, si vim ferri adhibeas, pavent venae;
fragmine lapidis aut testa aperiuntur."

119, 120. *Folium quod...fluvius portat...*
planta aromatica Indianorum, cui nomen *maloba-*
thrum, ejus folia in aquis nant et dicitur non
habere radicem.

125 et sequent. Aliqui Ecclesiae docto-
res decent divinam bonitatem *levare* per quae-
dam temporis intervalla penas animarum dam-
natarum quamvis sint et maneat aeternae. Hu-
jus opinionis est S. Augustinus quam exponit
in suo *Enchiridio de fide, spe et charitate*, cap.

Poenarum celebres sub Styge feriac
Illa nocte, sacer qua rediit Deus
Stagnis ad superos ex Acheronticis:
Non sicut tenebras de face fulgida
Surgens oceano lucifer imbuīt,
Sed terris Domini de cruce tristibus
Major sole novum restituens diem,
Marcent suppliciis tartara mitibus,
Exsultatque sui carceris otio
Umbrarum populus, liber ab ignibus, 130
Nec fervent solito flumina sulphure.
Nos festis trahimus per pia gaudia
Noctem conciliis, votaque prospera
Certatim vigili congerimus prece,
Exstructoque agimus liba sacrario. 140

142 (vol. VI, p. 238 edit. Benedict.) et in Civ.
Dei, lib. XXI, cap. 24.

140. Arevalo explicat *sacrarium* hac altera
phrase Prudentii: *Donatrix sacramenti mensa;* cum *exstruere:* sanctam mensam parare et
in illa ponere panes, *liba.* *Agimus liba* est
obscurius: hanc esse videtur poëtae mentem:
“*eucharistiam, seu potius agapes celebramus.*”

Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma jacit vitro.
Credas, stelligeram desuper aream 145
Ornatam geminis stare Trionibus,
Et qua Bosporeum temo regit jugum,
Passim purpureos spargier Hesperos.
O res digna, Pater, quam tibi roscidae
Noctis principio grex tuus offerat, 150
Lucem, qua tribuis nil pretiosius,
Lucem, qua reliqua praemia cernimus.
Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus,

143. *Fota* “id est nutrita” bona explicatio
auctoris scholiorum. *Languidulis natatibus*
hic est probabiliter sensus: *humore seu oleo, cui*
flamma innatat languide et tenuiter affluente.

146. Magna et minor Ursa.

147. Currus, constellatio borealis: haec ultima idea est exprompta hac voce *Bosphoreum*
quia Bosphorus cimmerius erat extremarum re-
gionum septentrionalium ab antiquis cognitarum.

Intus tu speculum, tu speculum foris,
 Lumen, quod famulans offero, suscipe, 155
 Tinctum pacifici chrismatis unguine:
 Per Christum genitum, summe Pater, tuum,
 In quo visibilis stat tibi gloria;
 Qui noster dominus, qui tuus unicus
 Spirat de patro corde Paraclitum: 160
 Per quem splendor, honos, laus, sapientia,
 Majestas, bonitas, et pietas tua
 Regnum continuat nomine triplici,
 Texens perpetuis saecula saeculis.


156. Utebatur igitur, juxta hos hos versos,
 sancto chrismate ad consecrandum cereum.

XXI

HYMNUS POST JEJUNIUM.

(Prudent. Cathem., h. VIII).

Hic hymnus constat strophis sapphicis, quo-
 rum haec est norma:



Tres primi versi constant, in Horac. et Pruden-
 tius unius epitriti (- - -), unius caesurae lon-
 gae et unius anapaesti logaedici (o o - o - o):
 quartus versus, *adonicus* appellatus, constat u-
 nius dimetri dactyli catalecti.

Christe, servorum regimen tuorum,
 Mollibus qui nos moderans habenis,

Leniter frenas, facilique septos	
Lege coërces,	
Ipse cùm portans onus impeditum	5
Corporis, duros tuleris labores,	
Major exemplis, famulos remisso	
Dogmate palpas.	
Nona submissum rotat hora solem,	
Partibus vixdum tribus ebolutis,	10
Quarta devexo superest in axe	
Portio lucis:	
Nos brevis voti, dape vindicata,	
Solvimus festum, fruimurque mensis	
Affatim plenis, quibus imbuatur	15
Prona voluptas.	
Tantus aeterni favor est Magistri:	
Doctor indulgens ita nos amico	
Lactat hortatu, levis obsequula ut	

3. *Jugum meum suave est*, Matth. XI, 30.

14. *Brevis voti festum, solemnitas jejunii religioni et puritati consecrata.*

19. *Lactat.* "Alia significatione *lacto* derivatur a *lacte*; sed hîc est a *lacio*, nndc est al-

Mulceat artus.	20
Addit et, ne quis velit invenusto	
Sordidus cultu lacerare frontem;	
Sed decus vultus, capitisque pexum	
Comat honorem.	
Terge Jejunans, ait, omne corpus,	25
Neve subducto faciem rubore	
Luteus tingat color, aut uotetur	

licio, pellicio, et frequentativa oblecto, delecto, illecto, prolecto. Igitur *lactat* est: attrahit alliciendo. Sic in sacris Literis verbum *laeto* adhibetur. Proverb. I, 10: *Si te lactaverint peccatores; et XVI, 29: Vir iniquus lactat amicum, ubi vox hebraica sonat alicere.*" Arevalo.

21 et sequent. Matth. VI, 17. *Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, et faciem tuam lava.*

24 *Capitis honor, Caesaries: quemadmodum arboris honor, folia seu fructus, etc.*

26 *Ibid. v. 16: Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritae, tristes; exterminant enim facies suas etc.*

Pallor in ore.

Rectius laeto tegimus pudore,	
Quidquid ad cultum Patris exhibemus: 30	
Cernit occultum: Deus, et latentem	
Munere donat.	
Illem ovem morbo residem gregique	
Perditam sano, male dissipantem	
Vellus affixis vepribus per hirtae	35
Devia silvae,	
Impiger pastor revocat, lupisque	
Gestat exclusis, humerus gravatus	
Inde purgatam revehens, aprico	
Reddit ovili,	40
Reddit et pratis, viridique campo,	
Vibrat impexis ubi nulla lappis	

31 *Ibid. v. 18*

33 *Vid. Luc. XV, 4 et sequent.*

43 "Sudes sunt valli e quocumque ligno
in modum muerorum contra transgressum aut
trascensum eorum qui vellent insilire. Pruden-
tius posuit pro spinis aut tribulis cardui."
Arevalo.

Spina, nec germen sudibus perarmat	
Carduus herrens:	
Sed frequens palmis nemus, et reflexa	45
Vernat herbarum coma: tum perennis	
Gurgitem vivis vitreum fluentis	
Laurus obumbrat.	
Hisee pro donis tibi, fide pastor,	
Servitus quaenam poterit rependi?	50
Nulla compensant pretium salutis	
Vota precantum.	
Quamlibet spreto sine more pastu	
Sponte confectus tenuemus artus,	
Teque contemptis epulis rogemus	55
Nocte dieque:	
Vincitur semper minor obsequentum	
Cura, nec munus Genitoris aequat,	
Frangit et cratem luteam laboris	
Grandior usus.	60

Ergo, ne limum fragilem solutae

45 *Reflexa pro sursum flexa.*

59 *Luteam cratem corpus.*

64 *Enervans cum è brevi; vid. not. 75*

pag. 55.

Deserant vires, et aquosus albis	
Humor in venis dominetur, aegrum	
Corpus enervans,	
Laxus ac liber modus abstinendi	65
Ponitur cunctis, neque nos severus	
Terror impellit: sua quemque cogit	
Velle potestas.	
Sufficit, quidquid facies, vocato	
Numinis nutu prius, inchcare,	70
Sive tu mensam renuas, cibumve	
Sumere tentes:	
Annuit dexter Deus, et secundo	
Prosperat vultu; velut hoc salubre	
Fidimus nobis fore, quod dicatas	75
Carpimus escas.	
Sit bonum, supplex precor, et medelam	

71 In conviviis ne inter cibum et potum
Dei memoria elaberetur, Christiani antiqui vasa,
quibus ad prandia utebantur, imaginibus Iesu
Christi sanctorumque decorabant." Arevalo.
Apostolus ait: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite.*" I Corinth. X, 31.

Conferat membris, animumque pascat	
Sparsus in venas cibus obsecrantum	
Christicolarum.	80

XXII

HYMNUS DE EPIPHANIA.

(Prudent. Cathem, h. XII.)

Stellam canit, Prudentius in hoc hymno, quae
Christi nativitatem nuntiavit; regum adventum
et munera; anxietatem et iniquitatem Herodis;
felicitatem sanctorum Innocentium, primi mar-
tyres, conservationem infantis Iesu, historiam
infantiae Mosis Christi figura; deinde paralle-
lum facit inter Judeorum liberatorem et totius
humani generis Salvatorem.

Scripsit in dimetris jambicis per strophas
quatuor versuum.

Quicumque Christum quaeritis,

Deserant vires, et aquosus albis	
Humor in venis dominetur, aegrum	
Corpus enervans,	
Laxus ac liber modus abstinendi	65
Ponitur cunctis, neque nos severus	
Terror impellit: sua quemque cogit	
Velle potestas.	
Sufficit, quidquid facies, vocato	
Numinis nutu prius, inchcare,	70
Sive tu mensam renuas, cibumve	
Sumere tentes:	
Annuit dexter Deus, et secundo	
Prosperat vultu; velut hoc salubre	
Fidimus nobis fore, quod dicatas	75
Carpimus escas.	
Sit bonum, supplex precor, et medelam	

71 In conviviis ne inter cibum et potum
Dei memoria elaberetur, Christiani antiqui vasa,
quibus ad prandia utebantur, imaginibus Iesu
Christi sanctorumque decorabant." Arevalo.
Apostolus ait: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite.*" I Corinth. X, 31.

Conferat membris, animumque pascat	
Sparsus in venas cibus obsecrantum	
Christicolarum.	80

XXII

HYMNUS DE EPIPHANIA.

(Prudent. Cathem, h. XII.)

Stellam canit, Prudentius in hoc hymno, quae
Christi nativitatem nuntiavit; regum adventum
et munera; anxietatem et iniquitatem Herodis;
felicitatem sanctorum Innocentium, primi mar-
tyres, conservationem infantis Iesu, historiam
infantiae Mosis Christi figura; deinde paralle-
lum facit inter Judeorum liberatorem et totius
humani generis Salvatorem.

Scripsit in dimetris jambicis per strophas
quatuor versuum.

Quicumque Christum quaeritis,

Oculus in altum tollite:
Illic licebit visere
Signus perennis gloriae.
Haec stella, quae solis rotam 5
Vincit decore ac lumine,
Venisse terris nuntiat
Cum carne terrestri Deum.
Non illa servit noctibus,
Secuta lunam menstruum,
Sed sola cœlum possidens
Cursum dierum temperat.
Arctoa quamvis sidera
In se retortis motibus
Obire nolint: attamen
Plerumq[ue] sub nimbis latent. 15

11 Christi et stellae idea passim in hoc hymno confunditur.

12 Stella Magos, interdiu etiam iter agentes, dirigebat.

15 Obire intellige occidere. Duae ursae, sive arcti, maior et minor circa polum rotantur et nunquam occidunt.

Hoc sidus aeternum manet:
Haec stella nunquam mergitur;
Nec nubis occursu abdita
Obumbrat obductam facem. 20
Tristis cometa intercidat,
Et si quod astrum Sirio
Fervet vapore, jam Dei
Sub luce destructum cadat.
En Persici ex orbis sinu, 25
Sol unde sumit januam,
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum magi.
Quod ut refusit, ceteri
Cessere signorum globi; 30
Nec pulcher est ausus suam
Conferre formam Lucifer.
“Quis iste tantus, inquiunt,
Regnator, astris imperans,
Quem sic tremunt coelestia, 35
Cui lux et aethra inserviunt?”
—
21 *Tristis:* quia credebatur cometas triste aliquid semper aut plerumque praenuntiare.

Illustre quiddam cernimus,
Quod nesciat finem pati:
Sublime, celsum, interminum,
Antiquius coelo et chao. 40
Hic ille rex est gentium,
Populique rex Judaici,
Promissus Abrahae patri,
Ejusque in aeyum semini.
Aequanda nam stellis sua 45
Cognovit olim germina
Primus sator credentium,
Nati immolator unici.
Jas flos subit Davidicus,
Radice Jesse editus; 50
Sceptrique per virgam virens,
Rerum cacumen occupat."
Exin sequuntur perciti
Fixis in altum vultibus,
Quae stella sulcum traxerat, 55
Claramque signabat viam.

45 Genes. XV, 5.

47 Genes. XXII, 17 et sequent.

Sed verticem pueri supra
Signum pependit imminens.
Pronaque submissum face
Caput sacratum prodidit. 60
Videre quod postquam magi,
Eoa promunt munera,
Stratique votis offerunt
Thus, myrrham et aurum regium
Agnosce clara insignia 65
Virtutis ac regni tui,
Puero, cui trinam Pater
Prædestinavit indolem.
Regem Deumque annuntiant
Thesaurus et fragrans odor 70
Thuris Sabæi: at myrrheus
Pulvis sepulcrum prædocet.
Hoc est sepulcrum, quo Deus,
Dum corpus extingui sinit,
Atque id sepultum suscitat, 75
Mortis refregit carcerem.
O sola magnarum urbium
Major Bethlem: cui contigit
Ducem salutis coelitus

Incorporatum gignere.	80
Altrice te, summo Patri	
Hæres creatus unicus	
Homo ex Tonantis Spiritu,	
Idemque sub membris Deus.	
Hunc et prophetis testibus,	83
Isdemque signatoribus,	
Testator et sator jubet	
Adire regnum et cernere:	
Regum, quod ambit omnia,	
Dia, et marina, et terrea,	90
A solis ortu ad exitum,	
Et tartara, et coelum supra.	
Audit tirannus anxius,	
Adesse regum principem,	
Qui nomen Israël regat,	95
Teneatque David regiam.	
Exclamat amens nuntio:	
“Successor instat, pellimur:	
Satelles, i, ferrum rape,	
Perfunde cunas sanguine.	100

90 *Dia, id est, aëria coelestia.*

Mas omnis infans occidat;	
Serutare nutricum sinus,	
Interque materna ubera	
Ensem cruentet pusio.	
Suspecta per Bethlem mihi	105
Puerperarum est omnium	
Fraus, ne qua furtim subtrahat	
Prolem virilis indolis.”	
Transfigit ergo carnifex.	
Mucrone districto furens,	110
Effusa nuper corpora,	
Animasque rimatur novas.	
Locum minutis artibus	
Vix interemptor invenit,	
Quo plaga descendat patens	115
Juguloque major pugio est,	
O barbarum spectaculum!	
Illisa cervix cautibus	
Spargit cerebrum lacteum,	
111 effusa intellige edita, nata.	
116 “Quum pugio sit gladiolus brevior, ta-	
mén est jugulo major.” Erasmus.	

Oculosque per vulnus vomit.	120
Aut in profundum palpitans	
Mersatur infans gurgitem,	
Cui subter arctis faucibus	
Singulat unda et alitus.	
Salvete, flores martyrum,	125
Quos lucis ipso in limine	
Christi insecuror sustulit,	
Ceu turbo nascentes rosas.	
Vos prima Chisti victima,	
Grex immolatorum tener,	130
Aram ante ipsam simplices	
Palmâ et coronis luditis.	
Quid proficit tantum nefas?	
Quid crimen Herodem juvat?	
Unus tot inter funera	135
Impune Christus tollitur,	
Inter coaevi sanguinis	
Fluenta solus integer:	
Ferrum, quod orbabat nurus,	
Partus fecellit virginis.	140
Sic stulta Pharaonis mali	
Edicta quondam fugerat,	

Christi figuram paeferens,	
Moses, receptor civium.	
Cautum et statutum jus erat,	145
Quo non liceret matribus,	
Cum pondus alvi absolverent,	
Puerili pignus tollere.	
Mens obstetricis sedulae,	
Pie in tyrannum contumax,	150
Ad spem potentis gloriae	
Furata servat parvulum.	
Quem mox sacerdotem sibi	
Assumpsit orbis conditor,	
Per quem notatam saxeis	155
Legem tabellis traderet.	
Licetne Christum noscere	
Tanti per exemplum viri?	
Dux ille, caeso Aegyptio,	
Absolvit Israel jugo:	160
At nos, subactos jugiter	
139 Nurus, inter poetas significat mulier juvenis.	
144 Receptor, intellige recuperator.	

- Erroris imperio gravi,
Dux noster, hoste saucio,
Mortis tenebris liberat.
Hic expiatam fluctibus 165
Plebem marino in transitu
Repugnat undis dulcibus,
Lucis columnam paeferens.
Hic proeliant exercitu,
Pansis in altum brachiis
Sublimis Amalech premit,
Crucis quod instar tunc fuit.
Hic nempe JESUS verior,
Qui longa post dispendia
Victor suis tribulibus 175
Promissa sulvit jugera:
Qui ter quaternas denique
Refluentis amnis alveo
Fundavit et fixit petras,
Apostolorum stemmata.
180

169 et sequent. Vid. Exod. XVII, 8 et
sequent.

180 *Stemmata apostolorum:* per epexege-

- Jure ergo se Judae ducem
Vidisse testantur magi,
Cùm facta prisorum ducum
Christi figuram pinxerint.
Hie rex priorum judicum, 185
Rexere qui Iacob genus,
Dominaeque rex ecclesiae,
Templi et novelli et pristini.
Hunc posteri Ephraim colunt,
Hunc sancta Manasse domus 190
Omnesque suscipiunt tribus,
Bis sena fratrum semina,
Quin et propago degener,
Ritum secuta inconditum,
Quaecumque dirum fervidis
Baal caminis coxera t,
195

sim Prudentio familiarem, hoc est, petras quae
sunt stemmata.

187 *Dominae Ecclesiae: synagoga est enim
serva.*

196 *Idolatria designatur etiam per Baal.*

Fumosa avorum numina

Saxum, metallum, stipitem,

Rasum, dolatum, sectile,

In Christi honorēm dēserit.

200

Gandete, quidquid gentium est,

Judaea, Roma et Graecia,

Ægypte, Thrax, Persa, Scytha:

Rex unus omnes possidet.

Laudate vestrum Principem,

205

Omnes, beati ac perditū,

Vivi, imbecilli ac mortui:

Jam nemo posthac mortuus.

*197 Fumosa suum proprium habet sensum
et fumum sacrificiorum in memoriam revocat.*

*199 Tres materies refert deorum: lapidem,
aes, lignum. Opificium item triplex: metallum
raditur limâ, saxum secatur, lignum dolatur.*

Erasmus.

*206 Beati et perditū: difficile est determi-
nare an Prudentius per haec verba intelligat:
divites et pauperes an: justi et peccatores.*

*207 "Vivi, id est, sani," ait glossa cuius-
dam manuscripti.*


XXIII

HYMNUS IN PASSIONEM BEATORUM

APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

(Prudent. Peristephanon, h. XII.)

Hujus hymni strophae duos habent versus:
primus, *magnus archilochius* appellatus, qua-
tuor habet daetylos et tres trochaeos; secundus
constat unius trimetri jambici catalecticī.



MARTYRIUM SANCTI PETRI.

Plus solito coeunt ad gaudia: die, amice, quid sit.
Romam per omnem cursitant ovantque.
Festus apostolici nobis reddit hic dies triumphi,
Pauli atque Petri novilis cruce.

Fumosa avorum numina

Saxum, metallum, stipitem,

Rasum, dolatum, sectile,

In Christi honorēm dēserit.

200

Gandete, quidquid gentium est,

Judaea, Roma et Graecia,

Ægypte, Thrax, Persa, Scytha:

Rex unus omnes possidet.

Laudate vestrum Principem,

205

Omnes, beati ac perditū,

Vivi, imbecilli ac mortui:

Jam nemo posthac mortuus.

*197 Fumosa suum proprium habet sensum
et fumum sacrificiorum in memoriam revocat.*

*199 Tres materies refert deorum: lapidem,
aes, lignum. Opificium item triplex: metallum
raditur limâ, saxum secatur, lignum dolatur.*

Erasmus.

*206 Beati et perditū: difficile est determi-
nare an Prudentius per haec verba intelligat:
divites et pauperes an: justi et peccatores.*

*207 "Vivi, id est, sani," ait glossa cuius-
dam manuscripti.*


XXIII

HYMNUS IN PASSIONEM BEATORUM

APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

(Prudent. Peristephanon, h. XII.)

Hujus hymni strophae duos habent versus:
primus, *magnus archilochius* appellatus, qua-
tuor habet daetylos et tres trochaeos; secundus
constat unius trimetri jambici catalecticī.



MARTYRIUM SANCTI PETRI.

Plus solito coeunt ad gaudia: die, amice, quid sit.
Romam per omnem cursitant ovantque.
Festus apostolici nobis reddit hic dies triumphi,
Pauli atque Petri novilis cruce.

Unus utrumque dies, pleno tamen innovatus
anno, 5

Vidit superba morte laureatum.

Seit Tiberina palus, quae flumine lambitur pro-
pinquo,

Binis dicatum cespitem trophaeis

Et crucis et gladii testis: quibus irrigans easdem

Bis fluxit imber sanguinis per herbas. 10

Prima Petrum rapuit sententia, legibus Neronis

Pendere jussum praeminente ligno.

Ille tamen veritus celsae deus aemulando
mortis

Ambire tanti gloriam magistri,

5 Constans Ecclesiae traditio est SS. Pe-
trum, et Paulum eodem anno et die martyrium
subiisse; eodem vero anni die sed non eodem anno
Prudentii et aliorum opinio fuit.

6 Superba id est gloriosa.

8 Cespitem pro campum.

9 S. Petrus crucifixus est, S. Paulus gladio
immolatus.

Exigit ut pedibus mersum caput impriment su-
pinis, 15

Quo spectet imum stipitem cerebro.

Figitur ergo manus subter, sola versus in ca-
cumen:

Hoc mente major, quod minor figurâ,

Noverat ex humili coelum citius solere adiri:

Dejecit ora, spiritum daturus. 20

MARTYRIUM S. PAULI.

Ut teres orbis iter flexi rota percurrexit anni,
Diemque eundem sol reducit ortus,
Evomit in jugulum Pauli Nero fervidum furo-
rem,

Jubet feriri gentium magistrum.

Ipse prius sibimet finem cito dixerat futurum: 25

"Ad Christum eundum est, jam resolvor",
inquit.

15 Imprimant, id est, impressis clavis af-
fligant cruci.

21 Iter orbis flexi, id est, eclipticus.

Nec mora: protrahitur, poenae datur, immolatut
ense:
Non hora vatem, non dies fecellit.

SEPULCRUM ET BASILICA S. PETRI.

Dividit ossa duum Tibris, sacer ex utraque ripa,
Inter sacra dum fluit sepulera. 20
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis recep-
tu m,

31 Arevalo explicat sensum quatuordecim versum sequentium hac paraphrasi: "Ait Prudentius regionem, in qua sepultus erat S. Petrus aureis sub tectis, olivis et fluento esse conspicuum; ram aqua in monte scaturiens frondem oleæ excitat et alit: inde per marmora et clivum ad viridem natationem sive receptaculum confluit. In interiori parte tumuli sive ædificii e cantharo labuntur aquæ, et in stagno volvuntur. Pictura tholi tingit undas, et vicissim musci ab auro relucent, et aurum a muscis virescit; aqua cœrulea a rubro colore supernæ

Cânens oliva, murmurans fluento.
Namque supercilio saxi liquor ortus excitavit
Frondem perennem chrismatis feracem;
Nunc pretiosa ruit per marmora, lubricatque
clivum, 35
Donec virenti fluctuet colymbo.
Interior tumuli pars est, ubi lapsibus sonoris
Stagnum nivali volvitur profundo.
Omnicolor vitreas pictura superne tingit undas,
Musci relucent, et virescit aurum; 40
Cyaneusque latex umbram trahit imminentis
ostri:

Credas moveri fluctibus lacunar.
Pastor oves alit ipse illic gelidi rigore fontis,
Videt sitire quas fluenta Christi.

SEPULCRUM ET BASILICA S. PAULI.

picturæ trahit umbram sive imaginem, et lacunar fluctibus videtur moveri. Pastor sive pontifex Romanus ovibus suis ministrat haec fluenta."

36 Colymbo piscina seu stagnum aquæ ubi fideles se lavabant antequam in ecclesiam introirent.

Parte alia titulum Pauli via servat Ostiensis, 45
 Qua stringit amnis cespitem sinistrum.
 Regia pompa loci est: princeps bonus has sa-
 cravit arces,
 Lucitque magnis ambitus talentis.
 Bracteolas trabibus sublevit, ut omnis aurulenta
 Lux esset intus, ceu jubar sub ortu. 50
 Subdidit et Parias fulvis laquearibus columnas,
 Distinguit illic quas quaternus ordo.
 Tum camuros hyalo insigni varie eucurrit arcus:

45 Titulum, id est, monumentum, sepul-
 crum.

47 Princeps, Teodosius senior cepit basili-
 cam Honoris perfecit eam.

48 Ludere pro pingere.

49 Solum Prudentius utitur verbo auru-
 lentus.

51 Parias pro marmoreas.

53 Hyalo, est vitrum aut chrystralum, hoc
 autem loco sumitur pro tessellis vitreis e quibus
 picturae veteres musivae fiebant. Arevalo.

Sic prata vernis floribus renident.

FESTUM DUORUM MARTYRUM SIMUL
 CELEBRATUR.

Ecce duas fidei, summo Patre conferente, do-
 tes, 55

Urbi colendas quas dedit togatae.

A spice, per bifidas plebs Romula funditur pla-
 teas,

Lux in duobus fervet una festis.

Nos ad utrumque tamen gressu properemus in-
 citato,

Et his et illis perfruamur hymnis. 60
 Ibimus ulterius, qua fert via pontis Hadriani,

Lævam deinde fluminis petemus.

Transtiberina prius solvit sacra pervigil sa-
 cerdos:

Mox huc recurrit, duplicatque vota.
 Haec didicisse sat est Romae tibi: tu domum
 reversus 65

Diem bifestum sic colas mememto.

61 et 63 Festum et missa sancti Petri.

62 et 64 Festum et missa sancti Pauli.

XXIV

HYMNUS IN HONOREM
BEATISSIMORUM MARTYRUM

ALERE FRUCTUOSI,
VERITATIS ET VIRTUTIS
EPISCOPI ECCLESIE TARRACONENSIS, ET
AUGURII EULOGIQUE, DIACONORUM.

(Prudent. Peristeph., h. VI.)

Hic hymnus scriptum est in versis *phaleucis*
seu hendecasyllabis, ut ipsem Prudentius ait
(v. 162), per strophas trium versuum. *Phaleu-*
cium carmen constat unius spondaei, unius dacty-
li, et unius ithyphallici seu trium trochaeorum:

-- | - u | - v | -

Sancti Fructuosi martyrium refertur ad ann.
259 diem 21 Ianuarii, quod subiit una cum duo-
bus ex ejus diaconibus, Valerio et Galecio im-

perantibus; festum vero eorum celebratur nunc
die 29 Aprilis.

RELATIO MARTYRII S. S. FRUCTUOSI,
AUGURII. ET EULOGII.

Felix Tarraco, Fructuose, vestris
Attollit caput ignibus coruscum,
Levitis geminis procul relucens.
Hispanos Deus aspicit benignus,
Arcem quandoquidem potens Iberam 5
Trino martyre Trinitas coronat.
Ardens Augurius capessit aethram:
Nec non Eulogius simul supernum
Christi lucidus ad sedile tendit:
Dux et praevius et magister illis 10
Ad tantum decus ex episcopali
Clarus nomine Fructuosus ibat.
5 Prudentius utitur hoc verbo *arx* loquendo
de magnis civitatibus.
7 Tria epitheta ex igne desumpsit *ardens*
Augurius, *lucidus Eulogius*, *clarus Fructuo-*
sus Arevalo.

- Accitus quia praesidis repente
Jussu venerat ad forum sacerdos,
Levitis comitantibus duobus; 15
Inde ad carceream viros catenam.
Pastus sanguine carnifex trahebat:
Gaudet currere Fructuosus ultro.
Ac nequis socios timor feriret,
Praeceptor vehemens eundo firmat, 20
Incenditque fidem calore Christi
“Mecum state, viri: vocat cruentus
Ad poenam coluber Dei ministros:
Ne mors terreat, est parata palma.
Carcer Christicolis gradus coronae est 25
Carcer provehit ad superna coeli,
Carcer conciliat Deum beatis.”
His dictis, adeunt specum reorum.
Excent ibi mysticum lavacrum,
Et purgamen aquae stupent tenebrae. 30
Sex hic continuis latent diebus:
-
- 13 Praesidis guvernator Æmilianus v. 34.
29 S. Fructuosus baptisavit in carcere
quemdam neophyti *Rogatianus* appellatus.

- Tandem stant trucis ad tribunal hostis;
Fratres tergeminos tremunt catastae.
Judex Æmilianus imminebat,
Atrox, turbidus, insolens, profanus; 35
Aras daemonicas coli jubebat.
Tu, qui doctor, ait, seris novellum
Commenti genus, ut leves pueriae
Lucos destituant, Jovem reliquant,
Damnes, si sapias, anile dogma. 40
Jussum est Caesaris ore Gallieni,
Quod princeps colit, ut colamus omnes.”
Haec fanti placidus rafert sacerdos:
“Æternum colo principem, dierum
Factorem, dominumque Gallieni: 45
Et Christum Patre prosatum perenni,
Cujus sum famulus, gregisque pastor.”
Subridens ait ille: “Jam fuisti.”

³³ Christiani olim *fratres* vocabantur. *Casta*, instrumentum martyrii.

³⁸ Gentiles id christianis objiciebant et exprobrabant, quod mulieres, et imperitos ad religionem pellicerent.

- Nec differt furor aut refrenat iram;
 Saevis destinat ignibus cremandos: 50
 Exsultant, prohibentque flere vulgum.
 Quosdam de populo videt sacerdos
 Libandum sibi poculum offerentes:
 "Jejunamus, ait; recuso potum.
 Nondum nona diem resignat hora: 55
 Nunquam conviolabo jus dicatum,
 Nec mors ipsa meum sacrum resolvet:
 Sic Christus sitiens crucis sub hora:
 Oblatum sibi poculum recusans,
 Nec libare velens, sitim peregit." 60

53. "Vetores consueverunt eis quid ad mortem damnati erant, potum aliquem exhibere, quo a mente abalienati sensu doloris carerent." Baronius.

55 Desemiiciunio, quod in die stationis celebratur hoc loco agi satis constat ex hora nona quae nominatur tanquam tempus aptum ad solvendum jejunium. Cassianus: *Commodum satis et utile hora nona refectionis tempus indulsum est.*

- Intrant interea locum rotunda
 Conclusum cavea; madens ferarum
 Multo sanguine quem furor frequentat:
 Cum spectacula perstrepunt cruenta,
 Ac viliis gladiator ense duro 65
 Percussus cadit, et fremit voluptas.
 Hic flammante pyra niger minister
 Ardens supplicium parare jussus,
 Construxit facibus rogum supremis,
 Qui, dum corpora concremanda solvit, 70
 Ferventes animas amore lucis
 Fracto carceris expediret antro.
 Certant officiis pii sodales:
 Plantis calceamenta dissolutis,
 Pronus detrahere studebat unus: 75
 Sed sanctus vetat ora Fructuosus
 Inclinata premi. "Facessite, inquit,
 Ne nostram gravet obsequela mortem.
 Atquin ipse meos pedes resolvam,
 Ne vestigia praepedita vinculis 80
-
75. Is in Actis Augustalis dicitur lector
 Fructuosi.

- Tardis gressibus irruant in ignem.
 Cur lamenta rigant genas madentes?
 Cur vestri memor ut fiam, rogatis?
 Cunctis pro populis rogabo Christum.”
 Vix haec ediderat, relaxat ipse 85
 Indumenta pedum; velut Moyses
 Quondam fecerat ad rubum propinquans.
 Non calcare sacram cremationem,
 Aut astare Deo prius licebat,
 Quam vestigia pura figerentur. 90
 Stabat calce mera: resultat ecce
 Coelo spiritus, et sorit loquela,
 Quae cunctos tremefecit audientes:

83, 84. En relatio quae in Actis continetur
 “Accessit ad eum comiti ilito frater noster, nomine Felix, et apprehendit dexteram ejus, regans ut sui memor esset. Cui sanctus Fru-
 ctuosus, cunctis audientibus, clara voce respon-
 dit: *In mente me habere necesse est Ecclesiam catholicam, ab Oriente usque in Occidentem diffusam.*”

87. Exod. III, 2 et sequent.

- “Non est, credite, poena, quam videtis,
 Quae puncto tenui citata transit: 95
 Nec vitam rapit illa, sed reformat.
 Felices animae, quibus per ignem
 Celsa scandere contigit Tonantis,
 Quas olim fugiet perennis ignis!”
 Haec inter rapidis focos crepantes 100
 Intrant passibus, et minantur ipsis
 Flammarum trepidantibus caminis;
 Nexus denique, qui manus tetrorsus
 In tergum revocaverant revinctas,
 Intacta cute decidunt adusti. 105
 Non ausa est cohibere poena palmas,
 In morem crucis ad Patrem levandas:
 Solvit brachia, quae Deum precentur.
 Priscorum speciem trium putares,
 Quos olim Babylonicum per ignem 110
 Cantantes stupuit tremens tyrannus.
 Illic sed pia flamma tum pepercit,
 Nondum tempore passionis apto,
 Nec mortis decus inchoante Christo.
 Hos cum defugeret vaporus ardor, 115
 Orant ut celer ignis advolaret,

- Et finem daret anxiis periclis.
 Exorata suos obire tandem
 Majestas famulos jubet, caducis
 Missos corporibus, sibique reddi. 120

APPARITIO TRIUM MARTYRUM POST
 EORUM MORTEM.

- Vidit praesidis ex domo satelles
 Coelum martyribus patere apertum,
 Insignesque viros per astra ferri.
 Quin et filiolae monens herili
 Ostendit sceleris notam paterni: 125
 Coelo vivere, quos forum peremis.
 Haec tum virginitas palam videre
 Per sudum meruit, parente caeco,
 Ut crimen domini domus timeret.

120. *Sibi, scilicet, ipsi Deo.*

128. *Aemiliani filia vidente martyres in coelum ascendentibus ipse nihil videbat, quia videre eos non fuit dignus, ut in Actis legitur.*

- Tum de corporibus sacris favillae 130
 Et perfusa mero leguntur ossa,
 Quae raptim sibi quisque vindicabat.
 Fratrum tantus amor domum referre
 Sanctorum einerum dicata dona,
 Aut gestare sinu fidele pignus. 135
 Sed ne reliquias resuscitandas,
 Et mox cum Domino simul futuras,
 Discretis loca dividant sepulcris,
 Cernuntur niveis stolis amicti,
 Mandant restitui, cavoque claudi 140
 Mixtim marmore pulvrem sacrandum.

FELICITAS CIVITATIS TARRACONIS
 ET TOTIUS HISPANIAE, EO QUOD
 TALES HABEAT PATRONOS.

131. Virgil. En. VI, 227. In ipsis Actis legitur: "Fratres tristes, superveniente nocte, ad amphitheatum cum vino festinanter pervenerunt, quo semiusta corpora extinguerent. Quo facto, martyrum cineres collectos, prout quisque potuit, sibi vindicavit."

139. Cernuntur, martyres et non "quidam viri."

182 THEOLOGIA CHRISTIANA.

- O triplex honor, o trifome culmen,
Quo nostrae caput excitatur urbis,
Cunctis urbibus eminens Iberisi:
Exultare tribus libet patronis: 145
Quorum praesidio favemur omnes
Terrarum populi Pyrenearum.
Circumstet chorus ex utroque sexu,
Heros, virgo, puer, senex, anicla:
Vestrum psallite rite Fructuosum. 150
Laudans Augurium resultet hymnus,
Mixtis Eulogium modis coaequans;
Reddamus paribus pares camoenas.
Hinc aurata sonent in arce tecta:
Blandum littoris extet inde murmur, 155
Et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit, ruente mundo,
Cum te, Tarraco, Fructuosus acri
Solvet supplicio tegens ab igni.

149. *Anicla ab anicula.*156. *Feriata.* De imagine vocis id accipi-
tur. Prudentius nauticae gentis cantus videtur
innuere. Arevalo.

THEOLOGIA CHRISTIANA.

- Fors dignabitur et meis medelam 160
Tormentis dare, prosperante Christo,
Dulces hendecasyllabos revolvens.

XXV

HYMNUS IN HONOREM QUITRINI,
BEATISSIMI MARTYRIS, EPISCOPI ECCLESIE
SISCIANÆ.

(Prudent. Peristeph., h. VII.)

Siscia civitas erat Pannoniae superioris ad
Colapis, et Sayi confluentem, nunc vicus est
Sisek sive Sisseg dictus. Martyrium subiit S.
Quirinus die 4 Iunii ann. 309.

Hic hymnus scriptus est in glyconicis per
strophas quinque versuum. Hoc metrum con-
stat unius basis spondaice, unius choriambiae
et unius jambiae.

Insigem meriti virum,

1. *Insignis* cum secundo casu conjunctum
invenitur etiam in Tertuliano.

Quirinum placitum Deo,
 Urbis moenia Sisciae
 Concessum sibi martyrem
 Complexu patrio fovent. 5

Hic sub Galerio duce,
 Qui tunc Illyricos sious
 Urgebat ditionibus,
 Fertum catholicam fidem
 Illustrasse per exitum. 10

Non illum gladii rigor,
 Non incendia, non ferae
 Crudeli interitu necant:
 Sed lymphis fluvialibus

6 et sequent. In Actis legitur: "Premen-
"tibus Maximiani imperatoris legibus, christia-
"nus infestabatur exercitus; per Illricum vero
"Diocletianus sacrilegis praeceptis in Christi
"populum hostiliter saeviebat, addito tyrannidi
"suae alio (ferte Galerius) Maximiano, in
"regno partice, qui et suam rabiem et Diocle-
"tiani per omnem Illyricum ostenderet."

7. Virgil. En. 1, 243.

Gurges dum rapit, abluit. 15
 Nil refert vitreo aequore,
 An de flumine sanguinis
 Tingat passio martyrem:
 Æque gloria provenit
 Fluctu quilibet uida. 20

S umme pontis ab ardui
 Sanctae plebis episcopus
 In praeceps fluvio datur,
 Suspensum laqueo gerens
 Ingentis lapidem molae. 25

Dejectum placidissimo
 Amnis vortice suscepit,
 Nec mergi patitur sibi,
 Miris vasta natibus
 Saxi pondera sustinens. 30

Spectant eminus e solo
 Doctorem pavidi greges:
 Nam Christi populus frequens
 Riparum siuamina
 Stipato agmine sepserat. 35

15. Abluit (tanquam baptismo.)

Sed Quirinus, ut eminens
 Os circumtulit, heu! suos
 Exemplo trepidos videt,
 Nil ipse proprii memor
 Inter stagna periculi. 40
 Confirmat pia pectora,
 Verbis mitificis rogans,
 Ne quem talia terreat,
 Neu constars titubet fides,
 Aut poenam putet emori. 45
 Dicentem fluitantibus
 Amnis terga vehunt vadis:
 Nec substrata profunditas
 Saxoque et laqueo et viro
 Audet sponte dehiscere. 50
 Sensit martyr episcopus
 Jam partam sibi praeripi
 Palmam mortis et exitus,

38. *Exemplo, punitio exemplaris.*

42. *Mitificis, legitur in Silio: mitificeae men-
tis pro humanitatis, miserationis.*

45. *Aut emeri putet (esse) poenam.*

Ascensumque negarier
 Aeterni ad solium Patris. 55
 "Jesu cunctipotens, ait,
 Haudquaquam tibi gloria
 Haec est insolita aut nova,
 Calcare fremitum maris,
 Prona et flumina sistere. 60
 Scimus discipulum Petrum,
 Cum vestigia tingaret
 Mortali trepidus pede,
 Dextrae subsidio tuae
 Subjecisse salum solo. 65
 Jordanem quoque novimus,
 Tortis vorticibus vagum,
 Dum fertur rapido impetu,
 Ad fontem refluis retro
 Configisse meatibus. 70
 Haec miracula sunt tuae
 Virtutis, Domine, ut modo
 Suspendor, leve praenatans,
 —
 65. *Solum, planta pedis.*
 66 *et sequent. Josue III.*
 72. *Ut pro sicut (miraculum est hoc, quod)*

Summo gurgite fluminis,
Cùm collo scopulum traham. 75
Jam plenus titulus tui est,
Et vis prodita nominis,
Quam gentilis habet stupor.
Absolvias, precor, optime,
Hujus nunz animae moras: 80
Quid possis, probat amnicus
Qui vectat silicem liquor.
Hoc jam, quod superest, cedo,
Quo nihil est pretiosius,
Pro te, Christe Deus, mori. 85
Orantem simul halitus
Et vox deserit et calor;
Scandit spiritus ardus;
Fit pondus grave saxeum:
Corpus suscipiunt aquae. 90

modo suspendor, etc.

76. *Titulus, gloriae.*

83. *Celio pro da (michi).*

XXVI

HYMNUS IN PASSIONEM SANCTI
CASSIANI FOROCORNELIENSIS.

(Prudent. Peristeph., h. IX.)

Actae authenticae martyrii S. Cassiani, quibus Prudentius usus est, jam non existunt. Cassianus stenographiam profitebatur ab ipsisse ejus discipulis martyrium subiit, nescitur vero quo tempore et qua persecutione.

Poëma hexametris cum trimetris jambicis si-
ve senariis est exaratum.

Sylla forum statuit Cornelius: hoc Itali urbem
Vocant ab ipso conditoris nomine.

Hic mihi, cùm peterem te, rerum maxima Roma,

Spes est oborta, prosperum Christum fore.

Stratus humi, tumulo advolvebar, quem sacer
ornat 5

Summo gurgite fluminis,
Cùm collo scopulum traham. 75
Jam plenus titulus tui est,
Et vis prodita nominis,
Quam gentilis habet stupor.
Absolvias, precor, optime,
Hujus nunz animae moras: 80
Quid possis, probat amnicus
Qui vectat silicem liquor.
Hoc jam, quod superest, cedo,
Quo nihil est pretiosius,
Pro te, Christe Deus, mori. 85
Orantem simul halitus
Et vox deserit et calor;
Scandit spiritus ardus;
Fit pondus grave saxeum:
Corpus suscipiunt aquae. 90

modo suspendor, etc.

76. *Titulus, gloriae.*

83. *Celio pro da (michi).*

XXVI

HYMNUS IN PASSIONEM SANCTI
CASSIANI FOROCORNELIENSIS.

(Prudent. Peristeph., h. IX.)

Actae authenticae martyrii S. Cassiani, quibus Prudentius usus est, jam non existunt. Cassianus stenographiam profitebatur ab ipsisse ejus discipulis martyrium subiit, nescitur vero quo tempore et qua persecutione.

Poëma hexametris cum trimetris jambicis si-
ve senariis est exaratum.

Sylla forum statuit Cornelius: hoc Itali urbem
Vocant ab ipso conditoris nomine.

Hic mihi, cùm peterem te, rerum maxima Roma,

Spes est oborta, prosperum Christum fore.

Stratus humi, tumulo advolvebar, quem sacer
ornat 5

Martyr dicato Cassianus corpore.

Dum lacrimans mecum reproto mea vulnera, et
omnes

Vitae labores, ac dolorum acumina,

Erexi ad coelum faciem; stetit obvia contra

Fucis colorum picta imago martyris, 10

Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,

Ruptam minutis praeferebat punctis cutem.

Innumeris circum pueri (miserabile visu)

Confossa parvis membra figebant stylis,

Unde pugillares soliti percussurere ceras, 15

Scholare murmur adnotantes scripserant.

Ædilinus consultus ait: "Quod prospicis, hospes,

Non est inanis aut anilis fabula.

Historiam pictura refert; quae, traxita libris,

Veram vetusti temporis monstrat fidem. 20

Praefuerat studiis puerilibus, et grege multo

Septus magister litterarum sederat,

15. Unde pro quibus.

16. Chamillardus interpretatus: Scholare
pensem annotarunt, scripserant.

22. Sessio plerumque auctoritatem indicat
Arevalo.

Verba notis brevibus comprehendere cuncta pe-
ritus,

Raptimque punctis dicta praepetibus sequi.

Aspera nonnunquam praecepta et tristia visa 25

Impube vulgus moverant ira et metu.

Doctor amarus enim discenti semper ephebo,

Nec dulcis ulli disciplina infantiae est.

Ecce fidem quatius tempestas saeva premebat

Plebeam dicatam Christianae gloriae. 30

Extrahitur coetu e medio moderator alumni

Gregis, quod aris supplicare spreverat.

Poenarum artifici quaerenti, quod genus artis

Vir nosset, alto tam revellis spiritu;

Respondent: "Agnosc tenuerum ac puerile gu-
bernat, 35

Fictis notare verba signis imbuens." —

"Ducite, conelamat, captivum: ducite, et ultro

23. Notae tachygraphicæ seu stenogra-
phicae.

24. Punctis peracta singulis ut una vox ab-
solvitur. Ausonius (Epigr. CXLVI, 5.)

31. Adjectivum pro alumnorum.

Donetur ipsis verberator parvulis.
 Ut libet, illudant, lacerent impune, manusque
 Tingant magistri feriatas sanguine. 40
 Ludum discipulis volupe est ut praebeat ipse
 Doctor severus, quos nimis coërcuit.”
 Vincitur post terga manus, spoliatus amictu,
 Adest acutis agmen armatum stilis.
 Quantum quisque odii tacita conceperat ira, 45
 Effundit ardens felle tandem libero.
 Conjiciunt alii fragiles inque ora tabellas
 Fragunt: relisa fronte lignum dissilit.
 Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
 Rubetque ab ictu curta et humens pagina. 50
 Inde alii stimulus et acumine ferrea vibrant,
 Qua parte aratis cera sulcis scribitur,
 Et qua secti apices abolentur, at aequoris hirti

50. *Curta, id est, truncata, mutilata.*

51. et sequent. In stilo stimulus et acumen est pars acuta ferri, aut aeris qua scribant. Altera erat stili pars plana, qua scripta delebantur, Arevalo.

52. Ausonius tabulam aequor dixit loc. cit.

Rursus nitescens innovatur area.
 Hinc foditur Christi confessor, et inde seca-
 tur: 55

Pars viscus intrat molle, pars scindit cutem.
 Omnia membra manus pariter fixere ducentae,
 Totidemque guttae vulnerum stillant simul.
 Major tortor erat, qui summa pupugerat, in-
 fans, Quam qui profunda perforarat viscera: 60
 Ille levis, quoniam percussor, morte negata,
 Saeviro solis scit dolorum spiculis:
 Hic quanto interius vitalia condita pulsat,
 Plus dat medelae, dum necem prope applicat.
 Este, precor, fortes, et vincite viribus annos: 65
 Quod defit aevo, suppleat crudelitas.
 Sed male conatus tener infirmusque laborat:

*Et mota parce dextera - Volat per aequor ce-
 reum.*

55. «Foditur stili parte acuminata; secatur
 parte lata.» Celler.

59. *Summa, superficies corporis.*

63. *Pro abscondita.*

Tormenta creseunt, dum fatiscit carnifex.
 "Quid gemis? exclamat quidam; tute ipse ma-
 gister
 Istud dedisti ferrum, et armasti manus. 70
 Reddimus ecce tibi tam millia multa notarum,
 Quam stando, flendo, te docente, excepimus.
 Non potes irasci, quod scribimus: ipse jubebas,
 Nunquam quietum dextera ut ferret stilum.
 Non petimus toties te praceptor negatas, 75
 Avare doctor, jam scholarum ferias:
 Pangere puncta libet, salsisque intexere sulcos,
 Flexas catenis impedire virgulas.
 Emendas licet inspectos longo ordine versus,
 Mendosa forte si quid erravit manus. 80
 Exerce imperium: jus est tibi plectere culpam,
 Si quis tuorum te notavit segnius."
 Talia ludebant pueri per membra magistri:
 Nec longa fossum poena solvebat virum.
 Tandem luctantis miseratus ab aethere Chris-
 tus, 85
 Jubet resolvi pectoris ligamina;

— DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS —

77. *Pangere pro impingere, infigere.*

Difficilesque moras animae ac rectinacula vitae
 Relaxat, arctas et latebras expedit.
 Sanguis, ab interno venarum fonte patentes
 Vias secutus, deserit praecordia, 90
 Totque foraminibus penetrati corporis exit
 Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
 Haec sunt quae liquidis expressa coloribus, hos-
 pes,
 Miraris: ista est Cassiani gloria.
 Suggere, si quod habes justum vel amabile vo-
 tum, 95
 Tibi, si qua spes est, si quid intus aestras.
 Audit, crede, preces martyr prosperrimus om-
 nes,
 Ratasque reddit quas videt probables."
 Pareo, complector tumulum, lacrimas quoque
 fundo:
 Altar tepescit ore, saxum pectore. 100
 Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris:
 Tunc, quod petebam, quod timebam, mur-
 muro,
 Et post terga domum dubia sub sorte relictam,
 Et spem futuri forte nutantem boni.

Audior, Urbem adeo, dextris successibus u-
tor: 105
Domum revertor, Cassianum praedico.

XXVII

PASSIO SANCTI LAURENTII.

(Prudent. Peristeph., h II.)

S. Laurentius martyrium subiit Valeriano
imperante ann. 258, die 10. August.—Metrum
est idem quod hymni XVII.

Antiqua fanorum parens,
Jam Roma Christo dedita,
Laurentio victrix duce
Ritum triumphas barbarum.
Reges superbos viceras,
Populosque frenis presseras:

Nunc monstruosis idolis
Imponis imperi jugum.
Haec sola deerat gloria
Urbis togatae insignibus, 10
Feritate capta gentium,
Domaret ut spurcum Jovem,
Non turbulentis viribus
Cossi, Camilli aut Caesaris,
Sed martyris Laurentii 15
Non incruento proelio.
Armata pugnavit fides,
Proprii cruxoris prodiga:
Nam morte mortem diruit,
Ac semet impendit sibi. 20
Fore hoc sacerdos dixerat
Jam Xystus affixus cruci,

22. Aflatus cruci. “Gesta (id est Acta
martyrum, ait quidam antiquus scriptor) ‘non
‘habent Xystum crucifixum, sed gladio jugula-
“tum. Quia crucem suam bajulat quisquis pro
“Christo animam ponit. quamlibet Xysti pas-
“sionem vocamus crucifixionem. Jam in hoc

Audior, Urbem adeo, dextris successibus u-
tor: 105
Domum revertor, Cassianum praedico.

XXVII

PASSIO SANCTI LAURENTII.

(Prudent. Peristeph., h II.)

S. Laurentius martyrium subiit Valeriano
imperante ann. 258, die 10. August.—Metrum
est idem quod hymni XVII.

Antiqua fanorum parens,
Jam Roma Christo dedita,
Laurentio victrix duce
Ritum triumphas barbarum.
Reges superbos viceras,
Populosque frenis presseras:

Nunc monstruosis idolis
Imponis imperi jugum.
Haec sola deerat gloria
Urbis togatae insignibus, 10
Feritate capta gentium,
Domaret ut spurcum Jovem,
Non turbulentis viribus
Cossi, Camilli aut Caesaris,
Sed martyris Laurentii 15
Non incruento proelio.
Armata pugnavit fides,
Proprii cruxoris prodiga:
Nam morte mortem diruit,
Ac semet impendit sibi. 20
Fore hoc sacerdos dixerat
Jam Xystus affixus cruci,

22. Aflatus cruci. “Gesta (id est Acta
martyrum, ait quidam antiquus scriptor) ‘non
‘habent Xystum crucifixum, sed gladio jugula-
“tum. Quia crucem suam bajulat quisquis pro
“Christo animam ponit. quamlibet Xysti pas-
“sionem vocamus crucifixionem. Jam in hoc

Laurentium fletem videns	
Crucis sub ipso stipite.	
"Desiste discessu meo	25
Fletum dolenter fundere:	
Praecedo, frater; tu quoque	
Post hoc sequeris triduum."	
Extrema vox episcopi	
Praenuntiatrix gloriae	20
Nihil fecellit: nam dies	
Praedicta palmam praestitit	
Qua voce, quantis laudibus	
Celebrabo mortis ordinem?	
Quo passionem carmine	35
Digne retexens concinnam?	
Hic primus e septemviris,	
Qui stant ad aram proximi,	
Levita sublimis gradu,	
Et ceteris praestantior,	40

"sensu potest accipi quod hic dieitur *Xystus*
 "affixus cruci; item crucis sub ipso stipite; id
 est imminentis passionis agone."

39. Primus diaconus S. Xysti.

Clastris sacrorum praeerat,	40
Coelestis arcanum domus	40
Fidis gubernas clavibus,	40
Votasque dispensans opes.	40
Versat fame pecuniae	45
Praefectus Urbi regiae.	45
Minister insani docis,	45
Exactor auri et sanguinis,	45
Qua vi latentes eruat	50
Nummos, operta existimans	50
Talenta sub sacraulis,	50
Cumulosque congestos tegi.	50
Laurentium sisti jubet:	55
Exquirit arcam ditibus	55
Massis refertam, et fulgidae	55
Montes monetae conditos.	55
"Soletis, inquit, conqueri,	60
Saeviare nos juste amplius	60
Cum christiana corpora	60
Plus quam cruenta scindimus	60
Abest atrocioribus	60

45. Versat (animo).

61. Abest (linc, a me).

- Censura fervens motibus:
Blande et quiete efflagito,
Quod sponte obire debeas.
Hunc esse vestris orgiis 65
Moremque et artem proditum est;
Hanc disciplinam foederis,
Libent ut auro antistites.
Argenteis scyphis ferunt
Fumare sacrum sanguinem; 70
Auroque nocturnis sacris
Astare fixos cereos.
Tum summa cura est fratribus,
Ut sermo testatur loquax,
Offere fundis venditis 75
Sestertiorum millia.
Addicta avorum praedia
Foedis sub auctionibus
Successor exhaeres gemit,

70. Christianos in suis religiosis coetibus
infantem immolare, ejusque sanguinem bibere et
carnem edere, aiebant gentiles.

75 et sequent. Actuum IV, 34, 35.

- Sanctis egens parentibus. 80
Haec occuluntur abditis
Ecclesiarum in angulis,
Et summa pietas creditur
Nudare dulces liberos.
Deprome thesauros, malis 85
Suadendo quos praestigis
Exaggeratos obtines,
Nigrante quos claudis specu.
Hoc poscit usus publicus.
Hoc fiscus hoc aerarium, 90
Ut dedita stipendis
Ducem jubet pecunia.
Sic dogma vestrum est, audio.
Suum quibusque reddito.
En Caesar agnoseit suum 95
Nomisma nummis inditum.
Quod Caesaris scis, Caesari
Da: nempe justum postulo.

80. Sanctis, ironice loquitur Praefectus ut
vocabulum christianorum ipsis expobret. Arc-
valo.

97. Matth. XXII, 19 et sequent.

- Ni fallor, haud ullam tuus
Signat Deus pecuniam, 100
Nec cùm veniret, aureos
Secum Philippo detulit:
Praecepta sed verbis dedit,
Inanis a marsupio.
Implete dictorum fidem, 105
Quam vos per orbem venditis:
Nummos libenter reddite:
Estote verbis divites.”
Nil asperum Laurentius
Refert ad ista aut turbidum; 110
Sed ut paratus obsequi,
Obtemperanter annuit.
“Est dives, inquit, non nego,
Habetque nostra ecclesia
Opumque et auri plurimum, 115
Nec quisquam in orbe est ditior.
Is ipse tantum non habet
Argenteorum aenigmatum
Augustus arcem possidens,
Cui nummus omnis scribitur. 120
120. Nebrissa, et alii interpretantur, ima-

- Sed nec recuso prodere
Locupletis arcam Numinis:
Vulgabo cuncta, et proferam
Pretiosa quae Christus tenet.
Unum sed orans flagito, 125
Induciarum paululum,
Quo fungar efficacius
Promissionis munere,
Dum tota digestim mihi
Christi supellex scribitur; 130
Nam calculanda primitus,
Tum subiotanda est sumnumla.”
Laetus tumescit gaudio
Praefectus, ac spe devorat
Aurum, velut jam conditum
Domi maneret, gestiens. 135
Pepigere tempus tridui:

ginem Augusti in omni nummo scribi. Arevalo.

136. “Fortasse p[re] oculis habui, locum
Ciceronis Orat. in Pissonem: Numus interea
mihi, Caesar, neglectis ferculis triumphalibus,
domi manet, et manebit.” Arevalo.

- Laudatus inde absolvitur
Laurentius, sponsor sui,
Et sponsor ingentis lucri 140
Tribus per Urbem cursitat
Diebus: infina agmina,
Omnesque qui poscunt stipem;
Cogens in unum et congregans.
Illic utrinusque obtutibus 145
Orbes cavatos preeferens
Baculo regebat preevio
Errore nutantem gradum.
Et claudos infracto genu,
Vel crure trunco semipes, 150
Breviorve planta ex altera,
Gressum trahebat imparem.
Est ulcerosis artibus
Qui tabe corrupta fluat;
Est cujus arens dextera 155
Nervos in ulnam contrahat.
Tales plateis omnibus

145 ad 148. Cacci.

149 ad 152. Claudi

- Exquirit, assuetos ali
Ecclesiae matris penu,
Quos ipse promus noverat. 160
Recenset exin singulos,
Scribens viritim nomina,
Longo et locatos ordine
Astare pro templo jubet.
Praescriptus et jam fluxerat 165
Dies: furebat fervide
Judex avarus spiritu,
Promissa solvi efflagitans.
Tum marty: "Assistas velim,
Coramque dispostas opes 170
Mirere, quas noster Deus
Praedives in sanctis habet.
Videbis ingens atrium
Fulgere vasis aureis,
Et per patentes portieus 175
Structos talentis ordines."
It ille, nec pudet sequi:
Ventum ad sacratam januam:
Stabant catervae pauperum,
Inulta visu examina.

Fragor rogarum tollitur:

- Praefectus horrescit stupens
Conversus in Laurentium,
Oculisque turbatis minax.
Contra ille, "Quid frendens, ait, 185
Militaris? aut quid displicet?
Num sordida haec, aut vilia?
Num despuenta existimas?
Aurum, quod ardenter sitis,
Effossa gignunt rudera, 190
Et de metallis squalidis
Poenalis excudit labor.
Torrens vel amnis turbidis
Volvens arenis implicat,
Quod terrulentum ac sordidum
Flammis necesse est decoqui.
Pudor per aurum solvit,
Violatur auro integritas,
Pax occidit, fides perit.
Leges et ipsae intercidunt. 200

192. Vox poenalis christiana latinitatis est.

200. Lucanus lib. III. v. 118. (Per auri

Quid tu venenum gloriae?

- Extollis et magni putas?
Si quaeris aurum verius,
Lux est, et humanum genus.
Hic sunt alioi luminis, 205
Quos corpus arctat debile,
Ne per salutem visceram
Mens insolescat turgida.
Cum membra morbus disjicit,
Animus viget robustior:
Membris vicissim fortibus
Vis sauciatur sensuum.
Nam sanguis in culpa n calens
Minus ministrat virium,
Si fervor effoetus malis
Elumbe virus contrahat.
Si forte detur optio,

amorem) pereunt discriminé nullo Amissae
leges.

204. "Id est, Christus, qui est lux mundi,
et homines ab eo redempti." Nebrissa.

207. Id est, per bonam valetudinem.

- Malim dolore asperrimo
Fragmenta membrorum pati,
Et pulcher intus vivere. 220
Committe formas pestium
Et confer alternas lues,
Carnisne morbus foedior,
An mentis et morum ulcera?
Nostrī per artus debiles, 225
Intus decoris integri,
Sensum venusti innoxium
Languoris expertes gerunt.
Vestros valentes corpore
Interna corrumpit lepra, 230
Errorque mancūm claudicat,
Et caeca fraus nihil videt.
Quemvis tuorum divitum,
Qui veste et ore praenitent,
Magis probabo debilem, 235
Quam quis meorum est pauperum,
Hunc, qui superbit serico,
Quem currus inflatum vehit,
Hydrops aquosus lucido
239. Aquosus abo corpore languor, Horatius.

- Tendit veneno intrinsecus. 240
Ast hic avarus contrahit
Manus recurvas in volam,
Plicans et uncis unguibus
Laxare nervos non valet.
Istum libido foetida 245
Per scorta tractum publica
Luto et cloacis inquinat,
Et spureo perdit gurgite.
Quid ille fervens ambitu,
Sitimque honoris aestuans, 250
Mersisne anhelat febris,
Atque igne venarum furi?
Quisquis tacendi intemperans
Silenda prurit prodere,
Vexatur, et scalpit jecur, 255

241 et sequent. "Avari mancorum more
curbatas manus adhibent, volam sinuatam, adun-
cos unguies; ita ut nervus intendere nequeant."
Chamillard.

255. Olim credebat jecur esse sedem de-
sideriorum "jecore cupimus" aiebant.

- Scabiemque cordis sustinet. 260
 Quid invidorum pectorum
 Strumas retexam turgidas?
 Quid purulenta et livida
 Malignitatum vulnera? 260
 Tute ipse, qui Roman regis,
 Contemptor aeterni Dei,
 Dum daemonum sordes colis,
 Morbo laboras regio.
 Hi, quos superbus despicias, 265
 Quos exsecrando judicas,
 Brevi ulcerosos exuent
 Artus, et incolumes erunt,
 Cum, carne corruptissima
 Tandem soluti ac liberi,
 Pulcherrimo vitae statu
 In arce lucebunt Patris:
 Non sordidati, aut debiles,
 Sicut videntur interim;
 Sed purpurantibus stolis 275
 Clari, et coronis aureis.
 Tum si facultas suppeditat,
 Coram tuis obtutibus

- Istos potentes sacculi
 Velim recensendos dari. 280
 Pannis videres obsitos,
 Et mucculentis naribus,
 Mentum salivis uividum,
 Lipposque palpebra putri. 285
 Peccante nil est tetrius,
 Nil tam leprosum aut putridum:
 Cruda est cicatrix criminum,
 Oletque ut antrum tartari.
 Animabus inversa vice
 Corrupta forma infligitur, 290
 Quas pulcher aspectus prius
 In corpore oblectaverat.
 En ergo nummos aureos,
 Quos proxime spoponderam,
 Quos nec favillis obruat 295
 Ruina, nec fur subtrahat.
 Nunc addo gemmas nobiles,
 Ne pauperem Christum putas:
 Gemmas corusciluminis,

281. Terentius Heaut. 1. 3. 53. Pannis ob-
 sita, neglecta, immunda illuvie.

- Ornatur hoc templum quibus. 300
 Cernis sacras virgines,
 Miraris intactas anus,
 Primique post damnum tori
 Ignis secundi nescias.
 Hoc est monile Ecclesiae: 305
 His illa gemmis comitur,
 Dotata sic Christo placet;
 Sic ornat altum verticem.
 Eccum talenta suscipe,
 Ornabis urbem Romulam, 310
 Ditabis et rem principis
 Fies et ipse ditior."
 "Ridemur," exclamat fremens
 Praefectus, "ac miris modis
 Per tot figuras ludimur,
 Et vivit insanum caput!
 Impune tantas, fureifer,

302. "Existimo hic etiam ipsas sacras virgines vocari *intactas* *anus*, ut quae virginitatem usque ad senectutem conservaverint; tum his addi *ignis secundi* (id est secundarum nuptiarum) *nescias.*" Arevalo.

- Strophas cavillo mimico
 Te nexuisse existimas,
 Dum seurra saltas fabulam? 320
 Concinna visa urbanitas
 Tractare nosmet ludieris?
 Egon' cachinnis venditus
 Acroma festivum fui?
 Adeone nulla austeritas, 325
 Censura nulla est fascibus?
 Adeon' securim publicam
 Mollis retudit lenitas?
 Dicis: Libenter oppetam:
 Votiva mors est martyri. 330
 Est ista vobis, novimus,
 Persuasionis vanitas,
 Sed non volenti impertiam,
 Praestetur ut mortis citae
 Compendiosus exitus: 335
 Perire raptim non dabo.

- 319.* Recte strophas nectere dicitur. Arevalo.®
324. Acroma latine est auditio, sed accipiatur pro festiva, jucundaque narratione, et interdum pro homine qui eam recitat. Arevalo.

- Vitam tenebo, et differam
Poenis morarum jugibus,
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahet. 340
- Prunas tepentes sternite,
Ne ferver ignitus nimis
Os contumacis occupet,
Et cordis intret abdita.
- Vapor senescens langueat, 345
Qui fusus afflatu levi
Tormenta sensim temperet
Semustulati corporis.
- Bene est, quod ipse ex omnibus
Mysteriarches incidit; 350

337. *S. Augustinus tract. XXVII. in Ioann. de S. Laurentio: Non occisus est cito, sed cruciatus in igne; diu vivere permissus est: immo non diu vivere permissus est, sed tarde mori compulsus.*

350. “*Mysteriarches dicitur, quia primus et princeps erat diaconorum, quibus cura incumbebat erudiendi fideles de mysteriis fidei.*” Arevalo.

- Hic solus exemplum dabit,
Quid mox timere debeant.
Conscende constratum rogum;
Decumbe digne lectule:
Tunc, si libebit, disputa, 355
Nil esse Vulcanum meum.”
- Haec fante praefecto, truces
Hic inde tortores parant
Nudare amictu martyrem,
Vincire membra, et tendere. 360
- Illi os decore splenduit,
Fulgorque circumfusus est.
Talem revertens legifer
De monte vultum detulit,
- Judaea quem plebs, aureo 365
Bove inquinata et decolor,
Expavit, et faciem retro
Detorsit impatiens Dei;
- Talemque et ille praetulit
Oris corusci gloriam 370

363 et sequent. Exod. XXXIV, 29 et sequent.

Stephanus, per imbrex saxeum
 Coelos apertos intuens.
 Illuminatum hoc eminus
 Recens piatis fratribus,
 Baptisma quos nuper datum 375
 Christi capaces fecerat:
 Ast impiorum caecitas,
 Os oblitum noctis situ
 Nigrante sub velamine
 Obdueta, clarum non videt; 380
 Ægyptiae plagae in modum,
 Quæ, cum tenebris barbaros
 Damnaret, Hebræsis diem
 Sudo exhibebat lumine.
 Quin ipsa odoris qualitas,
 Addusta quam redit cutis,
 Diversa utrosque permovet:
 His nidor, illis nectar est;

371. Act. VII, 55 et sequent.
 373. Hoe, id est, os Laurentii.
 388. Nectar sumitur pro odore ex nectare
 exfluente. Arevalo.

Idemque sensus, dispari
 Variatus aura, aut afficit 390
 Horrore nares vindice,
 Aut mulcet oblectamine.
 Sic ignis aeternus Deus
 (Nam Christus ignis verus est),
 Is ipse complet lumine 395
 Justos, et urit noxios.
 Postquam vapor diutinus
 Decoxit exustum latus,
 Ultro e catasta judicem
 Compellat affatu brevi: 400
 "Converte partem corporis
 Satis crematam jugiter,
 Et fac periculum quid tuus
 Vulcanus ardens egerit."
 Praefectus inverti jubet, 405
 Tunc ille: "Coctum est, devora,
 Et experimentum cape,
 Sit crudum an assum suavius."
 Haec ludibundus dixerat:
 Coelum deinde suspicit, 410
 Et congemiscens obsecrat,

- Miseratus urbem Romulam: 400
 "O Christe. Numen unicum,
 O splendor, o virtus patris,
 O factor orbis et poli, 415
 Atque auctor horum moenium,
 Qui sceptra Romae in vertice
 Rerum locasti, sanciens
 Mundum Quirinali togae
 Servire, et armis et lere: 420
 Ut discrepantum gentium
 Mores, et observantiam,
 Linguaeque, et ingenia, et sacra,
 Unis domares legibus.
 En omne sub regnum Remi 425
 Mortale concessit genus:
 Idem loquuntur dissoni
 Ritus, id ipsum sentiunt.
 Hoc destinatum, quo magis
 Jus Christiani nominis,
 Quodcumque terrarum jacet,
 Uno illigaret vinculo.
 Da, Christe, Romanis tuis,
 Sit Christiana ut civitas

- Per quam dedisti ut ceteris 435
 Mens una sacrorum foret.
 Confoederentur omnia
 Hinc inde membra in symbolum:
 Mansuescat orbis subditus,
 Mansuescat et summum caput. 440
 Advertat abjunctas plagas
 Coire in unam gratiam:
 Fiat fidelis Romulus,
 Et ipse jam credit Numa.
 Confundit error Troicus 445
 Adhuc Catonum curiam,
 Veneratus occultis focis
 Phrygum penates exsules.
 Janum bifrontem, et Sterculum

438. *Symbolum unitatem fidei significat.*

440. *Summum caput, Roma, saeculi caput
et caput gentium etiam appellata.*

445. *Troius Aeneas deos suos Latio intul-
lit, ut ait Virgilius init. Aeneid.*

447. *Sermo est de igne vestalium qui in lo-
cis abditis ardebat.*

449. *Sterculum. "qui stercorandi agri ra-
tionem primus induxit." Lactant.*

- Colit senatus (horreo) 450
 Tot monstra patrum dicere),
 Et festa Saturni senis.
Absterge, Christe, hoc dedecus.
 Emitte Gabriel tuum,
 Agnoscat ut verum Deum 455
 Errans Iuli caecitas.
 Et jam tenemus obsides
 Fidissimos hujus spei:
 Hic nempe jam regnant duo
 Apostolorum principes: 460
 Alter vocator gentium,
 Alter cathedram possidens
 Primam, recludit creditas
 Aeternitatis januas.
 Discede, adulter Juppiter,
 Stupro sororis oblite, 465
 Relinque Romanam liberam
 Plebemque jam Christi fuge,
 Te Paulus hinc exterminat,

456. Iuli, id est, procerum romanorum;
 vid. Virgil, En. 1, 288.

- Te sanguis exturbat Petri; 470
 Tibi id, quod ipse armaveras,
 Factum Neronis officit.
Video futurum principem
 Quandoque, qui servus Dei
 Tetris sacrorum sordibus 475
 Servire Romanum non sinat;
 Qui templa claudat vectibus,
 Valvas eburnas obstruat,
 Nefanda damnet limina,
 Obdens ahenos pessulos.
Tunc pura ab omni sanguine
 Tandem nitebunt marmora;
 Stabunt et aera innoxia,
 Quae nunc habentur idola." 480
Hic finis orandi fuit, 485

473 et sequent. Credo a Prudentio suum
 vel potius nostrum Theodosium laudare. Are-
 valo.

477. Hoc loco templa accipit pro fanis ido-
 lorum, quae a primis christianis proprie tempa-
 dicebantur. Arevalo.

- Et finis idem vinculi
Carnalis; erupit volens
Vocem secutus spiritus.
Vexere corpus subditis
Cervicibus quidam patres, 490
Quos mira libertas viri
Ambire Christum suaserat:
Repens medullas indoles
Afflarat, et coegerat
Amore sublimis Dei 495
Odisse nugas pristinas.
Refixit ex illo die
Cultus deorum turpium:
Plebs in sacellis rario;
Christi ad tribunal curritur. 500

489. *Vexere*, "a loco martyrii, scilicet a colle Viminali, ut fama refert, ubi nunc ecclesia est S. Laurentii in Panisperna, in praedium Cyriacae, in agro Verano, via Tiburtina, ubi alia est ecclesia S. Laurentii." *Arevalo*.

500. Videtur intelligere confessionalia, ut nunc loquimur, quae tribunalia poenitentiac solent appellari. *Arevalo*.

- Sic dimicans Laurentius,
Non ense praecinxit latus,
Hostile sed ferrum retro
Torquens in auctorem tulit.
Tum daemon invictum Dei 505
Testom lacescit proelio,
Perfossus ipse concidit,
Et stratus aeternum jacet.
Mors illa sancti martyris
Mors vera templorum fuit: 510
Tunc Vesta Palladios lares
Impune sensit deserit.
Quidquid Quiritum sueverat
Orare simpuvium Numae,
Christi frequentans atria, 515
Hymnis resultat martyrem.
Ipsa et senatus lumina,
Quondam luperci, aut flamines,
Apostolorum et martyrum
Exosculantur limina.
Videmus illustres domos, 520

516. *Resultat resonat.*

- Sexu ex utroque nobiles,
Offerre votis pignora
Carissimorum liberum.
Vittatus olim pontifex 525
Ascitur in signum crucis,
Ædemque, Laurenti, tuam
Vestalis intrat Claudia.
O ter, quaterque, et septies
Beatus Urbis incola: 530
Qui te ac tuorum cominus
Sedem celebrat ossuum.
Cui propter advolvi licet,
Qui fletibus spargit locum,
Qui pectus in terram premit,
Qui vota fundit murmure. 535
Nos Vasco Iberus dividit
Binis remotos Alpibus,
Trans Cottianorum juga,

528. *Claudia* duae hujus nominis vestales
nimis celebres factae fuerant.

532. *Ossua* pro *ossa* saepe in antiquis in-
scriptionibus occurrit. Arevalo

- Trans et Pyrenas ninguidos. 540
Vix fama nota est, abditis
Quam plena sanctis Roma sit,
Quam dives urbanum solum
Sacris sepulcris floreat.
Sed qui caremus his bonis, 545
Nec sānguinis vestigia
Videre coram possumus,
Coelum intuemur eminus.
Sic, sancte Laurenti, tuam
Nos passionem quaerimus: 550
Est aula nam duplex tibi,
Hic corporis, mentis polo.
Illic inenarrabili
Allectus urbi municeps,
Æternæ in arce curiae 555
Gestas coronam civicam.

552. *Polo pro in coelo.*

553. *Urbs* inenarrabilis, *Jerusalem* coele-
tis, *Roma* coelestis etiam appellata v. 559.

556. “*Civica corona* appellatur (ait Aulus-
“Gelius) quam civis civi, a quo servatus est in

- Videor videre illustribus
 Gemmis coruscantem virum,
 Quem Roma coelestis sibi
 Legit perennem consulem. 560
 Quae sit potestas credita,
 Et numeri quantum datum,
 Proabant Quiritu in gaudia,
 Quibus rogatus annuis.
 Quod quisque supplex postulat, 565
 Fert impetratum prospere:
 Poscunt, litatur, indicant,
 Et tristis haud ullus redit,
 Cen praesto semper adsiens,
 Tuosque alumnos urbicos. 570
 Lactante complexus sinu
 Paterno amore nutrias.
 Hos inter, o Christi decus,
 Audi et poëtam rusticum,
 Cordis fatentem crimina, 575
 Et facta prudentem sua.

"proelio, testem vitae salutisque perceptas dat."

667. *Liturat pro impetratur.*

- Indigauis (agnosco et scio)
 Quem Christus ipse exaudiat;
 Sed per patronos martyres
 Potest medelam consequi. 580
 Audi, benignus, supplicem
 Christi reum Prudentium;
 Et servientem corpori
 Absolve vinclis saeculi.

XXVIII

ENNODIUS.

HYMNUS DE SANCTA VIRGINE

EUPHEMIA.

S. Euphemia martyrum subiit Diocletiano
 imperante, ann. 307. Ejus martyrii non ha-
 bemus actas authenticas; easque non habuisse

OMNIA SUO TEMPORE SUNT

ALERE FLAMMAM
VERITATIS FACIENDA.

Mctrum glyconicum:

- | - u - | v u

Cùm Phoebi radiis grave
Cancri sidus inaestuat,
Tum qui larga negantibus
Sulcis semina credidit,
Elusus Cereris fide,
Quernas pergit ad arbores.
Nunquam purpureum nemus

5

1. et sequent. Qui in aestate serit.
6. Id est: *glande vescatur pro frugibus.*
7. *Purpureum* dicitur, apud poëtas, de iis

Lecturus violas petas,
Cùm saevis aquilonibus
Stridens campus inhorruit. 10
Nec quaeras ayida manu
Vernos stringere palmites,
Uvis si libeat frui;
Autumno potius sua
Bacchus munera contulit. 15
Signat tempora propriis
Aptans officiis Deus,
Nec quas ipse cöercuit.
Misceri patitur vices.
Sic quod praecepiti via
Certum deserit ordinem,
Laetos non habet exitus. 20

quae vivide micant.

Ennodium, qui initio saeculi XVI scripsit, putamus, utitur enim voce fertur, v. 18.

Hic hymnus strophis alcaicis quatuor versuum scriptus est. Alcaicum carmen constat unius monometri jambici, unius caesurae longae, unius choriambi et unius jambi:

Quae lingua possit, quis valeat stylus
 Tantae triumphos virginis eloqui?
 Nunc mente molles discite masculi:
 Exempla praestat (sumite desides),
 Puella fortis cum superat viros. 5
 Virtus teneri nescia semper est;
 Nec jura sexus, fractaque mens ei
 Quae corde Christum conciperet semel.
 Solvunt caducis pectora vinculis.
 Quibus repostus mentibus est Deus. 10

4. *Summite, intellige exempla.*

10. *(Ii) quibus repositus est (in) mentibus D.*

Tormenta torsit fortia corpore:

Lassante poena crevit amor crucis.

Si scire posses vincere martyrem,

Vesane tortor, parcere disceres.

Flammas, flagellum, carnifices, rotas, 15

Cui crux sequenda est, non metuit nimis.

Hanc cum caminis igne crepantibus

Jussisse fertur praecipitem dari

Priscus, veneni fonte nocentior

(Nam sic feralem tempore sordido 20

Dixere sanctae virginis arbitrum),

Hujus ministri dum cuperent nimis

Fornacis escae tradere martyram,

Lux tunc Olympi luce serenior

Opus removit saeva volentium, 25

Cum voce monstrant qui gladium simul:

“Nos hinc, precamur, dirige Tartaro;

Nam nostra sanctam non violat manus.”

Turgescit illi felle jecur calens:

Mox saxa, fossas, verbera, bestias, 30

19. Priscus Asiae proconsul qui martyrii poenae damnavit Euphemiam.

Majus venenum blanditias parat,
Quibus virago fortiter obstitit.

APPENDIX.

FRAGMENTA PÖETICA

EX OPERE BÖETHII

DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

DESUMPTA.

I

HOMINIS CONSTANTIS IMAGO.

Versus phaleuci seu hendecasyllabi:

Quisquis composito serenus aevo,

J. Composito aevo pro vita recte instituta.

Fatum sub pedibus dedit superbū,
Fortunamque tuens utramque rectus,
Invictum potuit tenere vultum;
Non illum rabies minaeque ponti, 5
Versam funditus exitantis aestum,
Nec ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumificos Vesevus ignes,
Aut celsas soliti frirre turres
Ardentis via fulminis movebit. 10
Quid tantum miseri feros tyrannos
Mirantur sine viribus furentes?
Nec spores aliquid nec extimescas,
Exarmaveris impotens iram:
At quisquis trepidus pavet, vel optat, 15
Quod non sit stabilis, cuique juris,
Abjecit clypeum, locoque motus
Nectit, qua valeat trahi, catenam.

15 Qui vel metu vel spe agitatur.

Majus venenum blanditias parat,
Quibus virago fortiter obstitit.

APPENDIX.

FRAGMENTA PÖETICA

EX OPERE BÖETHII

DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

DESUMPTA.

I

HOMINIS CONSTANTIS IMAGO.

Versus phaleuci seu hendecasyllabi:

Quisquis composito serenus aevo,

J. Composito aevo pro vita recte instituta.

Fatum sub pedibus dedit superbū,
Fortunamque tuens utramque rectus,
Invictum potuit tenere vultum;
Non illum rabies minaeque ponti, 5
Versam funditus exitantis aestum,
Nec ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumificos Vesevus ignes,
Aut celsas soliti frirre turres
Ardentis via fulminis movebit. 10
Quid tantum miseri feros tyrannos
Mirantur sine viribus furentes?
Nec spores aliquid nec extimescas,
Exarmaveris impotens iram:
At quisquis trepidus pavet, vel optat, 15
Quod non sit stabilis, cuique juris,
Abjecit clypeum, locoque motus
Nectit, qua valeat trahi, catenam.

15 Qui vel metu vel spe agitatur.

OMNIA SUO TEMPORE SUNT

ALERE FLAMMAM
VERITATIS FACIENDA.

Mctrum glyconicum:

- | - u - | v u

Cùm Phoebi radiis grave
Cancri sidus inaestuat,
Tum qui larga negantibus
Sulcis semina credidit,
Elusus Cereris fide,
Quernas pergit ad arbores.
Nunquam purpureum nemus

5

1. et sequent. Qui in aestate serit.
6. Id est: *glande vescatur pro frugibus.*
7. *Purpureum* dicitur, apud poëtas, de iis


Lecturus violas petas,
Cùm saevis aquilonibus
Stridens campus inhorruit. 10
Nec quaeras ayida manu
Vernos stringere palmites,
Uvis si libeat frui;
Autumno potius sua
Bacchus munera contulit. 15
Signat tempora propriis
Aptans officiis Deus,
Nec quas ipse cöercuit.
Misceri patitur vices.
Sic quod praecepiti via
Certum deserit ordinem,
Laetos non habet exitus. 20

quae vivide micant.

III

CUPIDITAS EST INSATIABILIS.

Versus asclepiadæ et pherecratii:




Si quantas rapidi flatibus incitus
Pontus versat arenas,
Aut quot stelliferis edita noctibus
Cœlo sidera fulgent;
Tantas fundat opes, nec retrahat manum
Pleno copia cornu:

Humanum miseras haud ideo genus
Cesset flere querelas.
Quamvis vota libens excipiat Deus
Multi prodigus auri, 10
Et claris avidos ornet honoribus,
Nil jam parta videntur:
Sed quæsita vorans saeva rapacitas

Altos pandit hiatus.
Quæ jam præcipitem frena cupidinem 15
Certo fine retentent,
Largis cùm potius muneribus fluens
Sitis ardescit habendi?
Nunquam dives agit, qui trepidus gemens
Sese credit egenem. 20

IV
INSCONTANTIA RERUM HUJUS
MUNDI.

Versus sapphici et glyconici:



Cum polo Phœbus roseis quadrigis
17. Fluens pro affluens, cumulatus.
18. Sitis. Nota duas breves pro una longa.

236 THEOLOGIA CHRISTIANA.


Lucem spargere coepert,
 Pallet albentea hebetata vultus
 Flammis stella prementibus.
 Cūm nemus flatu zephyri tepentis 5
 Vernis inrubuit rosis,
 Spiret insanūm nebulosus auster,
 Jam spinis abeat decus:
 Saepe tranquillo radiat sereno
 Immotis mare fluctibus: 10
 Saepe ferventes aquilo procellas
 Verso concitat aequore.
 Rara si constat sua forma mundo,
 Si tantas variat vices,
 Crede fortunis hominum caducis, 15
 Bonis crede fugacibus!
 Constat, aeterna positumque lege est,
 Ut constet genitum nihil.

4. *Prementibus* (stellam, pro plurali), id
est obscurantibus.

V

IN MEDIOCRITE SECURITAS.

Versus sapphici et glyconici:



Quisquis volet perennem
 Cautus pónere sedem,
 Stabilisque, nec sonori
 Sterni flatibus euri
 Et fluctibus minantem 5
 Curat spernere pontem;
 Montis cacumen alti,
 Bibulas vitet arenas.
 Illud protervus auster
 Totis viribus urget; 10
 Hae pendulum solutae

7 et sequent. Matth. VII, 24 et sequent.

Pondus ferre recusant.
 Fugiens periculosam
 Sortem selenis amoenas,
 Humili domum memento 15
 Certus figere saxo.
 Quamvis tonet ruinis
 Misceens aquora ventus,
 Tu conditus quieti
 Felix robore valli, 20
 Duces serenus aevum,
 Ridens aetheris iras.

VI

FELIX SIMPLICITAS AETATIS

AUREAE.

Metrum dimetrum anapaestum catalecticum:

Felix nimium prior aetas,

THEOLOGIA CHRISTIANA. 239

Contenta fidelibus arvis,
 Nec inerti perdita luxu;
 Facili quae sera solebat 5
 Jejunia solvere glande:
 Non Bacchica munera norant:
 Liquido confundere melle,
 Nec lucida vellera Serum
 Tyrio miscere veneno
 Somnos dabat herba salubres, 10
 Potum quoque lubricus amnis,
 Umbras altissima pinus.
 Nondum maris alta secabat,
 Nec mercibus undique lectis,
 Nova littora viderat hospes. 15
 Tunc classica saeva tacebant,
 Odiis neque fusus acerbis
 Cruor horrida tinixerat arva.
 Quid enim furor hostieus ulla.
 Velle prior arma movere, 20
 Cum vulnera saeva viderent
 Nec praemia sanguinis ulla?


4. Sera pro in rerum seu in vesperam pro-
 ducta.

Utinam modo nostra redirent
 In mores tempora priscos!
 Sed saevior ignibus Ætnae 25
 Fervens amor ardet habendi.
 Heu, primus quis fuit ille,
 Auri qui pondera tecti
 Gemmasque latere volentes,
 Pretiosa pericula, fudit? 30

VII

GLORIÆ VANITAS.

Versus jambici trimetri et dimetri:



Quicumque solam mente praecipiti petit
 Summumque credit gloriam,
 Late patentes aetheris cernat plagas.

Arctumque terrarum situm:

Brevem replere non valentis ambitum 5

Pudebit aucti nominis.
 Quid o superbi colla mortali jugo
 Frustra levare gestiunt?
 Licet remotos fama per populos means 10
 Diffusa, linguas explicet,
 Et magna titulis fulgeat claris domus,
 Mors spernit altam gloriam,
 Involvit humile pariter et celsum caput,
 Æquatque summis infima.
 Ubi nunc fidelis ossa Fabricii manent? 15
 Quid Brutus, aut rigidus Cato?
 Signat superstes fama tenuis pauculis
 Inane nomen litteris.
 Sed quod decora novimus vocabula,
 Nunc scire consumptos datur? 20
 Jacetis ergo prorsus ignorabiles,
 Nec fama notos efficit.
 Quodsi putatis longius vitam trahi

8. *Levare*, intellige liberare.


10. *Linguas explicet*, “id est solutis ore
 linguaque populi, hunc ad loquendum excitet.”
 Cally.

Mortalis aurâ nominis,
Cùm sera vobis rapiet hoc etiam dies, 25
Jam vos secunda mors manet.

VIII

VIS AMORIS.

Metrum glyconicum:



Quod mundus stabili fide
Concordes variat vices,
Quod pugnantia semina
Foedus perpetuum tenent,
Quod Phoebus roseum diem
Curru provehit aureo,
Ut, quas duxerit Hesperus,
Phoebe noctibus imperet,

5

2. *Concordes vices, mutationes quae minimè universi harmoniam perturbant*
3. *Semina, elementa.*


Ut fluctus avidum mare
Certo fine coërceat, 10
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos:
Hanc rerum seriem ligat
Terras ac pelagus regens
Et coelo imperitans amor. 15
Hic si freна remiserit,
Quidquid nunc amat invicem,
Bellum continuo geret,
Et quam nunc соia fide
Pulchris motibus incitant, 20
Certent solvere machinam.
Hic sancto populos quoque
Junctos foedere continet;
Hic et conjugii sacrum
Castis necdit amorphis; 25
Hic fidis etiam sua
Dictat jura sodalibus.
O felix hominum genus,

17. *Quidquid est subjectum verb. incitant. et certent* (20 et 21) *implicat enim pluralitatem.*

Si vestros animos amor,
Quo coelum regitur, regat! 30

IX

Metrum dimetrum anapaestum:



Quantas rerum flectat habenas
Natura potens, quibus immensum
Legibus orbem provida servet,
Stringatque ligans irresoluto
Singula nexus, placet arguto 5
Fidibus lentis promere cantu.
Quamvis Poeni pulchra leones
Vincula gestent, manibusque datas

-
4. *Irresolutus*, indissolubilis.
 6. *Lentus*, flexibilis.

Captent escas, metuantque trucem,
Soliti verbera ferre, magistrum, 10
Si crux horrida tinxerit ora,
Resides olim redeunt animi,
Fremituque gravi meminere sui;
Laxant nodis colla solutis,
Primusque lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.
Quae canit altis garrula ramis
Ales, caveae clauditur antro:
Huic licet illita pocula melle,
Largasque dapes dulci studio 20
Ludes hominum cura ministret,
Si tamen, arcto saliens tecto,
Nemorum gratas viderit umbras,
Sparsas pedibus proterit escas,
Silvas tantum moesta requirit, 25
Silvas dulci voce susurrat.
Validis quondam viribus acta
Pronum flectit virga cacumen:
Hanc si curvans dextra remisit,
Recto spectat vertice coelum. 30


-
16. *Imbuit*, imbibit.

Cadit Hesperias Phoebus in undas;
 Sed secreto tramite rursus
 Currum solitos vertit ad ortus.
 Repetunt proprios quaeque recursus,
 Reditusque suo singula gaudent. 35
 Nec manet ulli traditus ordo,
 Nisi quod fini junxerit ortum,
 Stabilemque sui fecerit orbem.

X

OMNES HOMINES NON VITIOSI
 SUNT AEQUALITER NOBILES.

Versus alemanie et pherecratii:



Omne hominum genus in terris
 Simili surgit ab ortu:
 Unus enim rerum pater est,

Unus cuncta ministrat.
 Ille dedit Phoebo radios, 5
 Dedit et cornua lunae.
 Ille homines etiam terris
 Dedit, et sidera coelo.
 Hic clausit membris animos
 Celsa sede petitos. 10
 Mortales igitur cunctos
 Edit nobile germen.
 Quid genus et proavos strepitis?
 Si primordia vestra
 Auctoremque Deum spectes, 15
 Nullus degener exstat,
 Ni vitiis pejora fovens
 Proprium deserat ortum.

I7. Pejora, id est, inferiora (ortu suo).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
 DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

XI

HOMINES ILLUSTRES SAEPE VERA

BONA [IGNORANT.

Versus asclepiadae et dimetri jambici:



Eheu, quae miseros tramite devios

Abducit ignorantia!

Non aurum in viridi quaeritis arbore,

nec vite gemmas carpitis,

Non altis laqueos montibus abditis,

5

Ut pisce ditetis dapes:

Nec vobis capreas si libeat sequi,

Tyrrhenia captatis vada.

Ipsos quin etiam fluctibus abbitos

Norunt recessus aequoris,

10

Quae gemmis niveis unda feracior,

Vel quae rubentis purpurae,

Nec non quae tenero pisce, vel asperis

Praestent echinis littora.

Sed quonam lateat, quod cupiunt bonum, 15

Nescire caeci sustinent,

Et, quod stelliferum transabiit polum,

Tellure demersi petunt.

Quid dignum stolidis mentibus imprecer?

Opes, honores ambient,

20

Et cum falsa gravi mole paraverint,

Tum vera cognoscant bona.

XII

DEUS ET UNIVERSUS

JUXTA PLATONEM.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum coelique sator, qui tempus ab aeo

16. Non indignantur se ignorare.

1. Perpetua ratione, id est, incommutabili-
bus legibus.

Ire jubes, stabilisque manens das cuncta moveri;
 Quem non externae pepulerunt fingere causae
 Materiae fluitantis opus, verum insita summi 5
 Forma boni, livore carens: tu cuncta superno
 Dueis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse
 Mundum mente gerens, similique imagine for-

ALERE FLAMMAM
 mans,
 Perfectasque jubens perfectum absolvere partes.
 Tu numeris elementa ligas, ut frigora flam-

mis, 10

Arida convenient liquidis: ne purior ignis
 Evolet, aut mersas deducant pondera terras.
 Tu triplicis medium naturae cuncta moventem
 Connectens animam per consona membra re-
 solvis;

6. *Livore carens, invidiae expers.*

9. *Absolvere partes pro absolutas habere.*

10. *Numeris, relationibus numericis ut ex-
 plicat Plato.*

13. *Triplex natura, scilicet ipsius, alte-
 rius, et substantiae. Plato.*

Quae cum secta duos motum glomeravit in or-
 bes, 15

In semet redditura meat, mentemque profundam
 Circuit, et simili convertit imagine coelum.

Tu causis animas paribus vitasque minores
 Provehis, et levibus sublimes curribus aptans
 In coelum terramque seris: quas lege benigna 20
 Ad te conversas reduci facis igne reverti.

Da, Pater, augustam menti concendere sedem,
 Da fontem lustrare boni, da luce reperta
 In te conspicuos animi desigere visus.

Disjice terrenae nebulas et pondera molis, 25
 Atque tuo splendore mica: tu namque serenum,
 Tu requies tranquilla piis; te cernere finis,
 Principium, vector, dux, semita, terminus idem.

UNIVERSIDAD NACIONAL AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN. ®
 DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

XIII

SUMMI BONI SPLENDOR ET

FELICITAS EJUS QUI ILLI ADHAERET.

Versus phaleuci et sapphici:

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
- | - v v - | v - v - | v
v - | - - | - || v v - | v - v

Huc omnes pariter venite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis
Terrenas hebetans libido mentes.
Hic erit vobis requies laborum,
Hic portus placida manens quiete,
Hoc patens unum miseris asylum
Non quidquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilante ripa,
Aut Indus calido propinquus orbi,
Candidis miscens virides lapillos,

5

1. Huc, ad Deum scilicet qui est summum bonum.

10. Plin. ait: Gemmiferi amnes sunt Acesines et Ganges.

Illustrant aciem, magisque caecos

In suas conduit animos tenebras.

Hoc quidquid placet, excitatque mentes,

Iafimis tellus aluit cavernis.

Splendor, quo regitur vigetque coelum, 15

Vitat obscuras animae ruinas.

Hanc quisquis poterit notare lucem,

Candidos Phoebi radios negabit.

XIV

MORALITAS FABULAE ORPHEI

EURYDICEN REDUCENTIS.

Metrum glyconicum. Primus pes est constanter spondaeus (excep. v. 29).

- - | - v v - | v v

Felix, qui potuit boni

Fontem visere lucidum:

Felix, qui potuit gravis

18. Candidos (esse) seu splendere negabit.

Terrae solvere vincula.
 Quondam funera conjugis 5
 Vates Threicius gemens,
 Postquam flebilibus modis
 Silvas currere mobiles,
 Amnes stare coegerat,
 Junxitque intrepidum latus 10
 Saevis cerva leonibus,
 Nec visum timuit lepus
 Jam cantu placitum canem,
 Cum flagrantior intima
 Fervor pectoris ureret,
 Nec qui cuncta subegerant, 15
 Mulcerent dominum modi,
 Immites superos querens,
 Infernas adiit domos.
 Illic blanda sonantibus
 Chordis carmina temperans,
 Quidquid praecipuis deae
 Matris fontibus hauserat,
 Quod luctus dabat impotens,

-
6. Virgil., Georg, IV, 454 et sequent.
 23. Calliope.

Quod luctum geminans amor, 25
 Deflet Taenara commovens,
 Et dulci veniam prece
 Umbrarum dominos rogat.
 Stupet tergeminus novo
 Captus carmine janitor. 30
 Quae sontes agitant metu
 Ultrices scelerum deae,
 Jam moestae lacrimis madent.
 Non Ixionum caput
 Velox praecipitat rota, 35
 Et longa site perditus.
 Spernit flumina Tantalus.
 Vultur dum satur est modis,
 Non traxit Tityi jecur.
 Tandem, "Vincimur," arbiter 40
 Umbrarum miserans ait:
 "Donamus comitem viro
 Emptam carmine conjugem:
 Sed lex dona coercent,

26. *Deflet pro fendo effudit.*

27. *Veniam, scilicet reducendi Eurydicen.*

36. *Site pro siti ratione metri:*

Ne, dum Tartara liquerit,	45
Fas sit lumina flectere."	
Quid legem det amantibus?	
Major lex amor est sibi.	
Heu! noctis prope terminos	
Orpheus Eurydicen suam	50
Vidit, perdidit, occidit.	
Vos haec fabula respicit,	
Quicumque in superum diem	
Mentem ducere quaeritis.	
Nam qui tartareum in specus	55
Victus lumina flexerit,	
Quidquid praecipuum trahit,	
Perdit dum videt inferos.	

XV

MORALITAS FABULAE CIRCES.

Versus glyconici. Primus pes est constanter
trochaeus:

Vela Neritii ducis

53. Diem pro lumen.

Et vagas pelago rates	
Eurus appulit insulae,	
Pulchra qua residens dea	
Solis edita semine,	5
Miscebat hospitibus novis	
Tacta carmine pocula.	
Quos ut in varios modos	
Vertit herbipotens manus,	
Hunc apri facies tegit,	10
Ille Marmaricus leo	
Denta crescit et unguibus;	
Hic lupis supperaditus,	
Flere dum parat, ululat;	
Ille, tigris ut Indica,	15
Teeta mitis obambulat.	
Sed licet variis malis	
Numen Arcadis alitis	
Obsitum miserans ducem	
Peste solverit hospitis:	20

7. Carmen, formula magica, incantatio. ®
 11. Marmaricus pro Africantis.
 18. Arcadis alitis, Mercurius.

17

Ne, dum Tartara liquerit,	45
Fas sit lumina flectere."	
Quid legem det amantibus?	
Major lex amor est sibi.	
Heu! noctis prope terminos	
Orpheus Eurydicen suam	50
Vidit, perdidit, occidit.	
Vos haec fabula respicit,	
Quicumque in superum diem	
Mentem ducere quaeritis.	
Nam qui tartareum in specus	55
Victus lumina flexerit,	
Quidquid praecipuum trahit,	
Perdit dum videt inferos.	

XV

MORALITAS FABULAE CIRCES.

Versus glyconici. Primus pes est constanter
trochaeus:

Vela Neritii ducis

53. Diem pro lumen.

Et vagas pelago rates	
Eurus appulit insulae,	
Pulchra qua residens dea	
Solis edita semine,	5
Miscebat hospitibus novis	
Tacta carmine pocula.	
Quos ut in varios modos	
Vertit herbipotens manus,	
Hunc apri facies tegit,	10
Ille Marmaricus leo	
Denta crescit et unguibus;	
Hic lupis supperaditus,	
Flere dum parat, ululat;	
Ille, tigris ut Indica,	15
Teeta mitis obambulat.	
Sed licet variis malis	
Numen Arcadis alitis	
Obsitum miserans ducem	
Peste solverit hospitis:	20

7. Carmen, formula magica, incantatio. ®
 11. Marmaricus pro Africantis.
 18. Arcadis alitis, Mercurius.

17

Jam tamen mala remiges
 Ore pocula traxerant:
 Jam sues Cerealia
 Glande pabula verterant.
 Et nihil manet integrum,
 Voce, corpore perditis:
 Sola mens stabilis super
 Monstra, quae patitur, gemit.
 O levem nimium manum,
 Nec potentia gramina,
 Membra quae valeant licet,
 Corda vertere non valent.
 Intus est hominum vigor
 Arce conditus abdita.
 Haec venena potentius
 Detrahunt hominem sibi.
 Dira quae penitus meant,
 Nec nocentia corpori,
 Mentis ulcere sacviunt.

25

30

35

31. *Quae, licet valeant (vertere) membra,
 non valent, etc.*
 37. *Penitus, quae in intima penetrant.*

XVI

IGNORANTIA RERUM COELESTIUM.

Versus alcaici, sapphici et adonici:

- u - u u | - || - u u | - u
 - u - u u - | - u u | - u

Si quis Arcturi sidera nescit
 Propinqua summo cardine labi,
 Cur regat tardus plausta Bootes,
 Mergatque seras aequore flamas,
 Cum nimis celeres explicet ortus, 5
 Legem stupebit aetheris alti.
 Palleant plenae cornua lunae
 Infecta metis noctis opacae,
 Quaeque fulgenti texerat ore,
 Confusa Phoebe detegat astra: 10
 Commovet gentes publicus error,
 Lassantque crebris pulsibus aera.

2. *Propinqua, scilicet, illi cardini (coeli.)*
 7 et 21. *Omittitur si figurâ ellipsi.*
 11. *Publicus pro communis:*


Nemo miratur flamina cori
 Littus frementi tundere fluctu,
 Nec nivis duram frigore molem 15
 Fervente Phoebi solvier aestu.
 Hic enim causas cernere promptum est;
 Illic latentes pectora turbant
 Cuncta; quae rara provehit actas
 Stupetque subitis mobile vulgus. 20
 Cedat insciti nubilus error,
 Cessent profecto mira videri.

XVII

CUNCTIS COMMUNIS EST AMOR
REDEUNDI

AD PRINCIPIUM QUOD EIS DEDIT ESSE.

Metrum dimetrum anapaestum:



Si vis celsi jura Tonantis
 Pura sollers cernere mente,

19. *Provehit pro producit, ostendit.*
 I. *Jura, leges quibus universus gubernatur.*

Aspice summi culmina coeli.
 Illic justo foedere rerum
 Veterem servant sidera pacem. 5
 Non sol rutilo concitus igne
 Gelidum Phoebes impedit axem.
 Nec quae summo vertice mundi
 Flectit rapidos Ursa meatus,
 Nunquam occiduo lota profundo 10
 Cetera cernens sidera mergi,
 Cupit Oceano tingere flamas.
 Semper vicibus temporis aequis
 Vesper seras nuntiat umbras,
 Revehitque diem Lucifer alnum. 15
 Sic aeternos reficit cursus
 Alternus amor: sic astrigeris
 Bellum discors exsulat oris.
 Haec concordia temperat aequis
 Elementa modis, ut pugnantia 20
 Vicibus cedant humida siccis,
 Jungantque fidem frigora flammis,
 Pendulus ignis surget in altum,
 Terraque graves pondere sidant.

24. *Repetunt, pro poseunt.*

Isdem causis vere tepenti	25
Spirat florifer annus odores,	
Æstas Cererem fervida siccata,	
Remeat pomis gravis autumnus,	
Hiemem defluus irrigat imber.	
Haec temperies alit ac profert	30
Quidquid vitam spirat in orbe:	
Eadem rapiens condit et aufert,	
Obitu mergens orta supremo.	
Sedet interea Conditor altus,	
Rerumque regens fleetit habenas,	35
Rex et dominus, fons et origo,	
Lex et sapiens arbiter aequi,	
Et quae motu concitat ire,	
Sistit retrahens, ac vaga firmat.	
Nam nisi rectos revocans itus,	
Flexos iterum cogat in orbes,	40
Quae nunc stabilis continet ordo,	
Dissepta suo fonte fatiscant.	
Hic est eunetis communis amor,	
Repetuntque boni fide teneri.	45
Quia non aliter durare queunt,	

Nisi converso rursus amore
Refluant causae, quae dedit esse.

XVIII

DEUS VERUS SOL.

Metrum dimetrum anapaestum. Tamen versus
2, 4 et 10 videntur esse potius tetrametri da-
ctylici.

Puro clarum lumine Phoebum
Mellifui canit oris Homerus:
Qui tamen intima viscera terrae
Non valet, aut pelagi, radiorum
Infirma perrumpere luce. 5
Haud sic magni conditor orbis:
Huic ex alto cuncta tuenti

48. Causae pro ad causam.

2. Plin., Hyst. nat. II, c. 6: "Sol suum
lumen ceteris quoque sideribus foenerat, prae-
clarus, eximius omnia intuens, omnia etiam
exaudiens, ut principi litterarum Homero pla-
cuisse in uno eo video."

Nulla terrae mole resistunt,
Non nox atris nubibus obstat;
Quae sint, quae fuerint, veniantque 10
Uno mentis cernit in ictu.
Quem, quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.

XIX

APPARENS CONTRADICTIO INTER
DEI PRAESENTIAM ET HOMINIS LIBERTATEM.

Metrum dimetum anapaestum. Ultimus ver-
sus est monometrus.

Quaenam discors foedera rerum
Causa resolvit? quis tanta Deus
Veris statuit bella duabus,
Ut, quas carptim singula constant,
Eadem nolint mista jugari? 5
An nulla est discordia veris,

3. Vera duo, scilicet, *Dei praesentia et
hominis libertas.*

4. Carptim pro secum.

Semperque sibi certa cohaerent?
Sed mens, caecis obruta membris,
Nequit oppressi luminis igne
Rerum tenues noscere nexus. 10
Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperiire notas?
Scitne quod appetit anxia nosse?
Sed quis nota scire laborat?
At si nescit, quid caeca petit? 15
Quis enim quidquam nescius optet?
Aut quis valeat nescita sequi?
Quo ve inveniat, quisve repertam
Queat ignarus noscere formam?
An cum mentem cerneret altam, 20
Pariter summam et singula norat?
Nunc membrorum condita nube,
Non in totum est obliterata sui,
Summamque tenet singula perdens.
Igitur quisquis vera requirit 25
Neutro est habitu: nam neque novit,
Nec penitus tamen omnia nescit:
21. Cognitio totius et singularium.

Sed, quam retinens meminit, summam
Consulit, alte visa retractans,
Ut servatis queat oblitas
Addere partes.

30

XX

HOMO AD COELESTIA EST CREATUS.

Metrum archilochium magnum:

- u | - u | - || u | - u | - u | - u | -

Quam vatiis terras animalia permeant figuris!
Namque alia extento sunt corpore, pulveremque
verrunt.
Continuumque trahunt vi pectoris incitata sul-
cum.
Sunt quibus alarum levitas vaga verberetque
ventos,
Et liquido longi spatia aetheris enatet volatu; 5
Haec pressisse solo vestigia gressibusque gaudent

29. *Alte visa retractans, in memoriam re-*
vocans quae ei desuper sunt inspirata.

5. *Volatu liquido, per aërem.*

Vel virides campos transmittere, vel subire sil-
vas.

Quae variis videat licet omnia discrepare formis,
Prona tamen facies hebetes valet ingravare sen-
sus.

Unica gens hominum celum levat altius cacu-
men, 10

Atque levis recto stat corpore, despicitque ter-
ras.

Haec, nisi terrenus male desipis, admonet figura,
Qui recto coelum vultu petis, exserisque frontem,
In sublime ferras animum quoque, ne gravata
pessum

Inferior sidat mens corpore celsius, levato. 15

10. Cicero: 'Quum ceteras animantes (na-
tura) abjecisset ad pastum, solum hominem
'erexit, ad coelique quasi cognitionis domici-
'liique pristini conspectum excitavit.'

SELECTA

EX VARIIS POËTIS EPIGRAMMATA.

Citatum a P. Alvarez.

AD CHRISTUM CRUCIFIXUM.

Pro servo Dominus moritur, pro sotibus insons;

Pro aegroto medicus, pro grege pastor obit.

Pro populo Rex mactatur, pro milite ductor,

Pro que opere ipse opifex, proque homine ipse

Deus.

Quid servus, quid sons, aegrotus, grex popu-
lusque,

Quid miles, quid opus, quidve homo solvet?
Amet.


A Joanne Commirio, S. J.

IN VIRUM ET UXOREM

in eodem patibulo strangulatos.

Ecce jugo nexi prostant vir et uxor eodem:

Hoc meritò possis dicere conjugium.



A P. Andraea Trusio.

IN HAERETICOS JACTANTES

apud se esse apostolicam ecclesiam.

Haereticos quoscumque rogem sua secta sit unde,
Mox ad apostolicos usque remittor avos.

Insto, sed improbior, quae syncopa facta, quod

Mille et quingentis nullibi visa fuit? annis

“Est invisibilis, dicunt, Ecclesia.” Credo;
Quam nec homo, nec sol, nec Deus ipse videt.

Ex auctore incerto.

DIALOGUS GALLI, HISPANI, ET ITALI,

in Urbanum VIII pontificem maximum, cui
jus symbolum gentilium erant apes.

GALLUS.

Gallis mella dabunt; Hispanis spicula figent.

HISPANUS.

Spicula si figent, emorientur apes.

ITALUS.

Mella dabunt cunctis; nulli sua spicula figent:
Spicula nam Princeps figere nescit apum.

Citatum a P. Alvarez.

Intrantis medici facies tres esse videntur

Ægrotanti; hominis, daemonis, atque Dei.

Quamprimum accessit medicus, dixitque salu-
tem;

“En Deus, aut custos Angelus,” aeger ait.

Cum morbum medicina fugaverit, “ecce homo”
clamat.

Cum poscit medicus praemia: “vade, satan.”

INSCRIPTIO AD FRONTEM PALATII
LUDOVICI XIV.

Non orbis gentem, non urbem gens habet ulla,
Urbsve domum, Dominum non domus ulla
parem.

ALIA SUB STATUA EJUSDEM REGIS

in hortulo simplicium collegii parisiensis so-
cietatis Jesu.

Vitales inter succos, herbasque salubres,
Quam bene stat populi vita, salusque suil

ALIA, AD CAMPANAM.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrevo
Clerum,
Defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.
Vox mea cunctorum sit terror daemoniorum.

EPITAPHIA.

I.

B. EUGENII, QUOD SIBI IPSE
CONSCRIPSIT.

Qui me de nihilo formasti, Conditor alme,
Tu Pius in tumulo, tu mea membra fove.
En cinis ad cinerem redii, vitamque peregi;
Sed putres cineres tu reparare vales.
Ascendat, mi Christe potens, post fata peracta,
Eugenius dextrâ laetus ad astra viâ.

II.

ELPIDIS, CONJUGIS BOËTII,
PRAESTANTISSIMI VIRI, ROMAE IN
PORTICU VATICANA POSITUM.

Elpis dicta fui, Siculae regionis alumna,
Quam procul a patria Conjugis egit amor:
Quo sine maesta dies, nox anxia, flebilis hora,
Nec solùm caro, sed spiritus unus erat.
Lux mea non clausa est, tali remanente marito,
Majorique animi parte superstes ero.
Portibus sacris jam nunc peregrina quiesco,
Judicis aeterni testificata thronum.
Nequa manus bustum violet, nisi forte jugalis
Haec iterum cupiat jungere membra suis.
Ut thalami tumulique comes nec morte revellar,
Et socios vitae nectat uteque cinis.

III.

AD TUMULUM FILIAE CAROLI
MAGNI.

Hoc tumulata jacet pusilla puellula busto,
Adeled amne sacro quae vocitata fuit.

Huic sator est Carolus, gemino diademate pol-
lens,
Nobilis ingenio, fortis ad arma satis.
Sumpserat haec ortum prope moenia celsa Pa-
piae,
Cum caperet genitor Itala regna petens.
Sed Rhodanum properans rapta est de lumine
vitae,
Ictaque sunt matris corda dolore procul.
Excessit patrios non conspectura triumphos;
Nunc Patris aeterni regna beata tenet.

IV.

ADAMI A SANCTO VICTORE,
quod sibi ipse conscripsit.

Haeres peccati, naturâ filius irae,
Exiliisque reus nascitur omnis homo.
Unde superbit homo, cuius conceptio culpa,
Nasci poena, labor vita, necesse mori?
Vana salus hominis, vanus decor, omnia vana;
Inter vana nihil vanius est homine.
Dum magis alludunt presentis gaudia vitae,

Practerit, imò fugit; non fugit, imò perit.
Post hominem vermis, post vermem fit cinis,
heu! heu!
Sic reddit ad cinerem gloria nostra suum.
Illic ego qui jaceo miser et miserabilis Adam,
Unam pro summo munere posco preceem.
Peccavi, fateor, veniam peto, parce fatenti:
Parce, pater; fratres, parcite; parce, Deus.

V.

FRANCISCI PETRARCHAE, POËTAE
CLARISSIMI;

quod sibi ipse paraverat.

Frigida Francisci lapis hic tegit ossa Petrarchae.
Sus ipe, virgo Parens, animam: Sate virgine,
parce;
Fessaque jam terris, Coeli requiescat in arce.

VI.

CARD. FRANC. XIMENII
IN ACADEMIA COMPLUTENSI.

Consideram Musis Franciscus grande Lyceum;

Condor in exiguo nunc ego sarcophago.
 Practextam junxi sacco, galeamque galero,
 Frater, Dux, Praesul, Cardineusque Pater,
 Quin virtute mea junctum est diadema cucullo,
 Cùm mihi regnanti paruit Hesperia.

VII.

Citatum A P. Alvarez.

AD TUMULUM CAROLI V.

Europae domuit tollentes cornua Reges
 Carolus, atque Asiae terror et horror erat.
 Et pedibus Lybiam calcavit victor, et illi
 Innumeras victus praebuit Indus opes.
 Deinde sibi frenum injectit, fratrique regendum
 Imperium, et nato caetera regna dedit.
 Tunc ait: A nobis et honores temnere, et unum
 hoc,
 Discite, mortales: "Pulvis et umbra sumus."

VIII.

Citat. ab eodem.

AD TUMULUM IGNATII A LOYOLA.

Quis jacet hic? Nullus. Quis sexo hoc conditur? Omnis.

Planus ista, rogo, dic, age, vera, lapis.
 "Hic situs est totum temnens Ignatius orbem,
 Qui sibi cùm nullus, tùm omnibus omnis erat."

IX.

Citat. ab eodem.

IN TUMULO CUJUSDAM.

Inter mortales vixi moriturus; at inter
 Coelestes aevo nunc meliore fruor.
 Cuncta istic celeri labi pede concita vidi;
 His fixo intueor firma manere gradu.

LAUS DEO.

INDEX.

I. Deum invocandum.....	1
II. Creatio	4
III. SEDULIUS. Si Eva peccatum parit, beata virgo Maria nobis salutem dedit.....	28
IV. Passio Domini Nostri Iesu-christi.....	31
V. Alegoria de ligno vitae.....	43
VI. SEDULIUS. Cœlum, id est, vita æterna, est omni bono Christiano vera retributio....	52
VII. PRUDENTIUS. Theologiae Christianae summa.....	53
VIII. PRUDENTIUS. Peccati origo et ejus consequentiae.....	65
IX. S. PROSPERUS. Doctrina christiana de peccato, libero arbitrio et gratia.....	78
XIII. S. PAULINUS DE NOLA. Paraphrasis psalmi I.....	100
XIV. Paraphrasis psalmi C-XXXVI.....	103
XV. PRUDENTIUS. Saerificium Imperatoris Juliani	108
XVI. SANCTUS PROSPERUS. Elo-gium Sancti Augustini.....	111

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE BIRYUZAS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

INDEX.

XVII. PRUDENTIUS. Hymnus ad gallicinium	113
XVIII. Hymnus matutinus.....	126
XIX. Hymnus post cibum.....	127
XX. Hymnus de nevo lumine pa- schalis sabbati.....	134
XXI. Hymnus post jejunium.....	147
XXII. Hymnus de epiphania.....	153
XXIII. Hymnus in passionem beato- rum apostolorum Petri et Pauli.....	165
XXIV. Hymnus in honorem beatissi- morum martyrum Fructuo- si, episcopi ecclesiae taraco- nensis, et Augurii Eulogii- que, diaconorum.....	172
XXV. Hymnus in honorem Qui i- ni, beatissimi martyris.....	183
XXVI. Hymnus in passionem sanc- ti Cassiani forocorneliensis...	189
XXVII. Passio Sancti Laurentii....	196
XXVIII. ENNODIUS. Hymnus de San- cta virgine Euphemia.....	227
APPENDIX. Fragmenta poëtica ex opere Boëthii de consolatione philosophiae desumpta	230
Selecta ex variis poëtis epigrammata.....	269
Epitaphia	272

NUEV
LIOTE